


Bryn Mawr Latin Commentaries

Terence

Andria

Richard C. Monti



Bryn Mawr Latin Commentaries

Editors

Julia Haig Gaisser
Bryn Mawr College

James J. O'Donnell
University of Pennsylvania

The purpose of the Bryn Mawr Latin Commentaries is to make a wide range of classical and post-classical authors accessible to the intermediate student. Each commentary provides the minimum grammatical and lexical information necessary for a first reading of the text.

FOR NANCY

Bryn Mawr Latin Commentaries

Terence

Andria

Part 1: Introduction and Text

Richard C. Monti

Thomas Library
Bryn Mawr College

The Bryn Mawr Latin Commentaries are supported by a
generous grant from the Division of Education Programs of
the National Endowment for the Humanities

Copyright ©1986 by Bryn Mawr College

Manufactured in the United States of America

Printed and distributed by:

Bryn Mawr Commentaries
Thomas Library
Bryn Mawr College
Bryn Mawr, PA 19010

Introduction

The practice of presenting Latin adaptations of Greek New Comedy on the Roman stage was nearly seventy-five years old when Terence's first play *Andria* was produced in 166 B.C. Greek New Comedy, the Greek comedy written in the Hellenistic period (i.e., after the death of Alexander the Great in 323 B.C.), took as its basic themes the domestic affairs of the Greek *haute bourgeoisie*. Little remains of Greek New Comedy with the exception of one complete play and extensive fragments of several other plays of Menander (b. circa 342/1, d. 293/289), the chief practitioner of the genre. Under these circumstances the surviving complete plays of the Roman writers Plautus (fl. 195-184) and Terence offer the best view of this type of comedy.

The dramas are populated not only by the middle-class protagonists, but also by their dependents and associates: for example, tricky slaves, courtesans callous and not so, lying pimps, gluttonous parasites, and braggart soldiers. In the typical plot a young man of respectable family has fallen in love with a girl, but some obstacle blocks their union. The dramatic action consists in surmounting the obstacle. The pursuit of passion, however, leads to a conflict with the obligations imposed by father, family and class.

According to the ancient biography by Suetonius, Terence (Publius Terentius Afer) was born in Carthage in 184 B.C. (or possibly 194), became a slave at Rome to the senator Terentius Lucanus, but was educated and freed at a young age. The biography places his death in 159 B.C. The six extant plays of Terence, which were produced between 166 and 160, are believed to constitute his entire production. Four of the six plays, including *Andria*, are adaptations of works of Menander while the other two are modelled on plays of Apollodorus of Carystus.

For his debut on the Roman stage Terence chose to present in *Andria* a play which manipulates the conventions of the comic genre in ways that challenge the spectator's expectations. Simo the father of the young Pamphilus, and not the slave Davos, turns out to be the true trickster figure in the play. It is he who hatches the scheme to test his son's obedience and at the same time to thwart the wiles of Davos (155-160). Right from the beginning Davos is treated by Simo as a force to be reckoned with. In this respect he contrasts with the tricky slaves of Plautus, for example, Palaestrio in *Miles Gloriosus* and Tranio in *Mostellaria*, about whom their masters make no such assumptions. As the play unfolds, however, Davos proves a signal failure as a trickster. In the last act he is carried off the stage at the behest of Simo to be bound like an animal (861-865).

Throughout the play Simo makes the assumption that Pamphilus' affair with the courtesan Glycerium is a self-indulgence pursued at the expense of filial and social obligations. The audience quickly learns, however, that Pamphilus has contracted serious obligations towards Glycerium: he is not simply her lover, but rather has promised to act as her husband, patron, guardian and father (v. 295). Terence then has altered the terms of the stereotypical dramatic conflict. It is a question no longer of love versus duty, but rather of two conflicting sets of responsibilities.

To underscore this central theme of conflict arising from differing obligations, Terence adds a new character, Charinus, along with his slave Byrria. This character does not come from Menander's original *Andria* nor is there solid evidence of a provenance from his *Perinthia*, the other play from which Terence claims to be drawing for his *Andria*. Rather it is highly probable that Charinus and Byrria are Terence's own invention. As the subplot which centers on this young friend of Pamphilus develops, he comes to complain of Pamphilus' breach of responsibility toward him (625-641). Indeed the conflict between them is resolved only with the resolution of the major conflict between Pamphilus and his father.

The relationship between the two young friends is, moreover, paralleled by the friendship between Simo and Chremes, the father of the bride intended for Pamphilus. Here again the question of the obligations of friendship and the limits of those obligations informs the dramatic interaction. In this way Terence recapitulates in the Pamphilus-Charinus relationship and in the Simo-Chremes relationship the major conflict between Pamphilus and his father.

With *Andria* then Terence signals his desire to stake out a place uniquely his own within the confines of the genre of New Comedy. By

his free use of the plays of his model Menander, he asserts his independence as a dramatist. By his manipulation of the conventions of the genre and by his development of theme and dramatic structure, he establishes a serious and thoughtful tone which contrasts with the farcical and slap-stick hilarity of the earlier Roman tradition as represented by Plautus.

I would like to express my gratitude to the editors of the Bryn Mawr Latin Commentaries, Professor Julia Haig Gaisser and Professor James J. O'Donnell, for the many useful suggestions which they have made for improvements and for all their work in helping to bring this commentary to completion.

Richard C. Monti
28 August 1986

Metrical Introduction

Quantitative meter is based on various patterns of long and short syllables. The number of syllables in each word depends on the number of vowels and diphthongs (two vowels pronounced as one--e.g., *ae*). Words are divided into syllables according to the following rules:

1. If a vowel or diphthong is followed by a single consonant, that consonant is taken with the next syllable, and the first syllable is called *open* (e.g., *o-cu-li* has three open syllables).
2. If the vowel or diphthong is followed by two or more consonants, division takes place between the consonants, and the syllable is *closed* (e.g., in *in-tem-pes-ti-vi* the first three syllables are closed, the last two open).

NOTE: *x* (= *cs*) and *z* (= *dz*) count as two consonants and *qu* as one; *h* is not considered a consonant and has no power to close a syllable.

The same rules apply at the end of a word, e.g.:

qui-quon-dam-stu-di-o

e-ra-t il-le

(note that the second syllable is open)

EXCEPTIONS:

1. In early Latin (e.g., Plautus and Terence) if the first consonant is a mute (*b*, *p*, *d*, *t*, *g*, or *c*) and the second consonant is a liquid (*l* or

r), the division is always made *before* the first consonant and the syllable is open, e.g.: *e-gre-gi-e* (*Andria* 58).

2. In early Latin final *s* was weakly pronounced. Thus, final *s* after a short vowel does not necessarily close the syllable when the next word begins with a consonant. In this text the loss of final *s* is marked with an apostrophe. E.g.: *huii'* (111) = *huius*; *opu'* (738) = *opus*.

If a word ending with a vowel or *m* is followed by a word beginning with a vowel or *h*, the first of the adjacent syllables is suppressed (elision), e.g.: *primum animum ad* (1) = *prim- anim- ad*. But if the second word is *es* or *est* the process is reversed (prodelision), e.g., *molestum est* (43) = *molestum- st*. In this text the elided words are written as a unit (e.g., *molestumst*; *Andriast* (756) = *Andria est*).

In early Latin *es* or *est* is contracted with the preceding word if it ends in *-is* or *-us*. In this text the contraction is written as a unit, e.g., *dictust* (102) = *dictus est*; *forti's* (702) = *fortis es*; *sanu's* (749) = *sanus es*.

NOTE: In early Latin elision is frequently omitted, leaving a "gap" or *hiatus* between the two words, e.g.:
dum aetas (54); *qui amant* (191).

A syllable is long if:

1. it contains a long vowel or diphthong;
2. it is closed.

Sigla:

- ˘ short
- long
- x anceps (short or long)

EXCEPTIONS:

1. *Prosodic Hiatus*. In early Latin a monosyllable ending in a long vowel or diphthong or *-m* in hiatus is sometimes shortened (the process is called *correption*), e.g.:

˘ -
ne esset (182)

2. *Brevis Brevians or Iambic Shortening.* In early Latin a long syllable may be shortened if it is preceded by a short syllable *and* the word accent falls on the syllable immediately preceding or following. E.g.:

 ˘ ˘ '
pudicitia (288)

[The long syllable *-di-* counts as short because it follows a short syllable and precedes an accented syllable.]

 ' ˘
cave (300)

[The long syllable *-ve* counts as short because it follows a short syllable that is accented.]

 ˘ ˘ '
enimvero (91)

[The closed syllable *-nim* counts as short because it follows a short syllable and precedes an accented syllable.]

3. *Synizesis.* Two contiguous vowels in adjacent syllables (i.e., not a diphthong) may be treated as a single long syllable. In this text synizesis is indicated by parentheses around a letter or by a ^ over the contracted vowels. E.g., *de(h)inc* (22), *spe^ni* (25).

The last syllable in a verse may be either long or short, but by convention is usually counted and marked as long.

Terence uses the following metrical patterns (or "feet"):

Iamb	˘ -
Trochee	- ˘
Anapest	˘ ˘ -
Dactyl	- ˘ ˘
Spondee	- -
Bacchiac	˘ - -
Tribrach	˘ ˘ ˘
Cretic	- ˘ -

Molossus - - -

NOTE:

1. Since a long syllable is regarded as the equivalent of two shorts, substitutions are allowed in some meters (e.g., for an iamb [v -] Terence may substitute a tribrach [v v v]. In other cases allowable substitutions are not necessarily "equivalent"; e.g., an iamb may also be replaced with a spondee [- -], proceleusmatic [v v v v], dactyl [- v v] or anapest [v v -].

2. In spoken or sung verse iambs and trochees are measured in feet (thus a line of six iambs is called iambic senarius). Other rhythms, such as cretics and bacchiacs, are measured in *metra*; thus a line of four cretics is called cretic tetrameter.

In some meters word break occurs regularly at fixed points in the verse. Word division coinciding with a break between feet or metra is called a *diaeresis* (||); a division not coinciding with a metrical break between feet is called a *caesura* (Λ). The line-segments between caesurae or diaereseis are called *cola* ("limbs").

Terence's verses are predominantly iambic and trochaic. In *Andria* only a miniscule number of verses is composed in dactyls, cretics and bacchiacs. The actors spoke the verses in iambic senarius (such verses are called *diverbia*) but in some fashion or other chanted the remaining verse types to the accompaniment of the flute (such verses are called *cantica*). Discussion of individual meters is given in the commentary.

For a general survey of Latin metrics, see T.G. Rosenmeyer, Martin Ostwald, and James Halporn, *The Meters of Greek and Latin Poetry*, 2nd ed., (Norman: University of Oklahoma Press, 1980).

For the meters of comedy, see also D. S. Raven, *Latin Metre: An Introduction* (London, 1965).

A N D R I A

DIDASCALIA

(deest)

Cf. Don. 36, 3 W. Haec prima facta est, acta ludis Megalensibus M. Fulvio M'. Glabrione Q. Minucio Valerio aedilibus curulibus. Egerunt L. Atilius Praenestinus et L. Ambivius Turpio. Modos fecit Flaccus Claudi filius (!) tibiis paribus dextris vel sinistris. Et est tota Graeca (!). Edita M. Marcello C. Sulpicio consulibus.

Andr. habent : A (nonnisi 889-fin.), C (praeter 804-53), D (praeter 98-179, 384-453, 846-903), E (praeter perioch., 1-39), η (praeter 1-90, 128-47, 287-96, 385-489, 690-981), ε (praeter 125-954, 962-81), GL (praeter 74-376), P (praeter 804-53), p (praeter 1-304), V (nonnisi 912-81), v.

C. SVLPICI APOLLINARIS
PERIOCHA

Sororem falso creditam meretriculae
 genere Andriae, Glycerium, vitiat Pamphilus
 gravidaque facta dat fidem uxorem sibi
 fore hanc ; nam aliam pater ei desponderat,
 5 gnatam Chremetis, atque ut amorem comperit,
 simulat futuras nuptias, cupiens suus
 quid haberet animi filius cognoscere.
 Davi suasu non repugnat Pamphilus.
 sed ex Glycerio natum ut vidit puerulum
 10 Chremes, recusat nuptias, generum abdicat.
 mox filiam Glycerium insperato adgnitam
 hanc Pamphilo, aliam dat Charino coniugem.

PERI. 4 namque *edd.*

8 persuasu *edd.*

12 dat aliam Σ

PERSONAE

(PROLOGVS)	BYRRIA SERVOS
SIMO SENEX	LESBIA OBSTETRIX
SOSIA LIBERTVS	GLYCERIVM VIRGO
DAVOS SERVOS	CHREMES SENEX
MYSIS ANCILLA	CRITO SENEX
PAMPHILVS ADVLESCENS	DROMO LORARIVS
CHARINVS ADVLESCENS	(CANTOR)

PROLOGVS

- Poeta quom primum animum ad scribendum adpultit,
 id sibi negoti credidit solum dari,
 populo ut placerent quas fecisset fabulas.
 verum aliter evenire multo intellegit ;
- 5 nam in prologis scribundis operam abutitur, 5
 non qui argumentum narret sed qui malevoli
 veteris poetae maledictis respondeat.
 nunc quam rem vitio dent quaeso animum adtendite.
 Menander fecit Andriam et Perinthiam.
- 10 qui utramvis recte norit ambas noverit : 10
 non ita dissimili sunt argumento, [s]et tamen
 dissimili oratione sunt factae ac stilo.
 quae convenere in Andriam ex Perinthia
 fatetur transtulisse atque usum pro suis.
- 15 id isti vituperant factum atque in eo disputant 15
 contaminari non decere fabulas.
 faciuntne intellegendo ut nil intellegant?
 qui quom hunc accusant, Naevium Plautum Ennium
 accusant quos hic noster auctores habet,
- 20 quorum aemulari exoptat neglegentiam 20
 potius quam istorum obscuram diligentiam.
 de(h)inc ut quiescant porro moneo et desinant
 male dicere, malefacta ne noscant sua.
 favete, adeste aequo animo et rem cognoscite,
- 25 ut pernoscatis equid spēi sit relicuom, 25
 posthac quas faciet de integro comoedias,
 spectandae an exigendae sint vobis prius.

1 app. *etiam Gramm.*; *Donatum de varia lectione scripsisse non constat* 2 so. cr. *G* 3 fecit *G* 5 -ram *etiam Gramm.*: -ra *C¹Pv* 8 vi. dent rem *D* adt. *Don.*, *Nonius* 39 (*sed non ex suo codice*): advortite (-er-) 2 *Priscian.* ii. 357 11 non ita *etiam Don.* ('ita pro valde') sed 2 (*praeter G*): et *Bentley*: *del. Kauer* 12 sunt or. ac (*om. fa.*) *G* 14 tr. se *DL*

ACTVS I

1 SIMO SOSIA

- SI.* Vos istaec intro auferte : abite.—Sosia,
ades dum : paucis te volo. *SO.* dictum puta :
nempe ut curentur recte haec ? *SI.* immo aliud. *SO.* quid est 30
quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius ?
5 *SI.* nil istac opus est arte ad hanc rem quam paro,
sed eis quas semper in te intellexi sitas,
fide et taciturnitate. *SO.* exspecto quid velis.
SI. ego postquam te emi, a parvulo ut semper tibi 35
apud me iusta et clemens fuerit servitus
10 scis. feci ex servo ut esses libertus mihi,
propterea quod servibas liberaliter :
quod habui summum pretium persolvi tibi.
SO. in memoria habeo. *SI.* haud muto factum. *SO.* gaudeo 40
si tibi quid feci aut facio quod placeat, Simo,
15 et Id gratum fuisse advorsum te habeo gratiam.
sed hoc mihi molestumst ; nam istaec commemoratio
quasi exprobratiost inmemoris benefici.
quin tu uno verbo dic quid est quod me velis. 45
SI. ita faciam. hoc primum in hac re praedico tibi :
20 quas credis esse has non sunt verae nuptiae.
SO. quor simulas igitur ? *SI.* rem omnem a principio audies :
eō pacto et gnati vitam et consilium meum
cognosces et quid facere in hac re te velim. 50
nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia, (et)
25 † liberius vivendi fuit potestas † (nam antea

30 haec re. *G* 31 eff. ars *D* 33 *velis* int. in te *L* 34 et
om. L 40 multo ('damno, reprehendo') *Don.* *SO.* fa. gau. *Paumier*
42 -*rsus Don.* (?) 44 -*ris etiam Don.* ('cuius nemo meminerit') :
-*ri edd.* 45 d. quod est *G* : siquid est (?) *Don. ad Ad. 952* quid
me *CPv* (*recte*?) 46 -*dicto P¹D¹Ev¹* : -*dito G* 47 has esse *D*
49 ut gn. *E* 50 quod *G* te in hac re *δ* 51-2 *So.* . . potestas
secl. C. F. Hermann : *So.* liberius vi. huic po. *Kauer*

- qui scire posses aut ingenium noscere,
dum aetas metus magister prohibebant? *SO.* itast.)
- 55 *SI.* quod plerique omnes faciunt adulescentuli,
ut animum ad aliquod studium adiungant, aut equos
alere aut canes ad venandum aut ad philosophos, 30
horum ille nil egregie praeter cetera
studebat et tamen omnia haec mediocriter.
- 60 gaudebam. *SO.* non iniuria; nam id arbitror
adprime in vita esse utile, ut nequid nimis.
SI. sic vita erat: facile omnis perferre ac pati; 35
cum quibus erat quomque una is sese dedere,
eōrum obsequi studiis, adversus nemini,
- 65 numquam praeponens se illis; ita ūt facillume
sine Invidia laudem invenias et amicos pares.
SO. sapienter vitam instituit; namque hoc tempore 40
obsequium amicos, veritas odium parit.
SI. interea mulier quaedam abhinc triennium
- 70 ex Andro commigravit huc viciniaē,
inopia et cognatorum negligentia
coacta, egregia forma atque aetate integra. 45
SO. ei, vereor nequid Andria adportet mali!
SI. primo haec pudice vitam parce ac duriter
- 75 agebat, lana ac tela victum quaeritans;
sed postquam amans accessit pretium pollicens
unus et item alter, ita ut ingeniumst omnium 50
hominum ab labore proclive ad lubricitatem,
accepit condicionem, de(h)inc quaestum occipit.
- 80 qui tum illam amabant forte, ita ut fit, filium
perduxere illuc, secum ut una esset, meum.
egomet continuo mecum "certe captus est: 55

54 -bat D¹G 61 ut om. E 64 horum v 65 se il. pr. e
70 Don. : huic viciniaē Σ (-ia C¹P¹), Nonius 499: huc viciniam Don.
(‘legitur et viciniam’; cf. ad Ph. 368) (recte?): de Prisciano ii. 187
non liquet 73 nequod G 74 Gramm. : -mum Σ 75 ac D²
Gramm. : et cell., Don. ad 274 post tela (non ag.) dist. Don.
80 an uti?

- habet". observabam mane illorum servolos
 venientis aut abeuntis : rogitabam " heus puer,
 dic sodes, quis heri Chrysidem habuit ?" nam Andriae 85
 illi id erat nomen. *SO.* teneo. *SI.* Phaedrum aut Cliniam
 60 dicebant aut Niceratum ; † nam † tres tum simul †
 amabant. " eho quid Pamphilus ?" " quid ? symbolam
 dedit, cenavit." gaudebam. item alio die
 quaerebam : comperibam nil ad Pamphilum 90
 quicquam attingere. enimvero spectatum satis
 65 putabam et magnum exemplum continentiae ;
 nam qui cum ingeniis conflictatur ei(u)s modi
 neque commovetur animus in ea re tamen,
 sciās posse habere iam ipsum suāe vitae modum. 95
 quom id mihi placebat tum uno ore omnes omnia
 70 bona dicere et laudare fortunas meas,
 qui gnatum haberem tali ingenio praeditum.
 quid verbis opus est ? hac fama impulsus Chremes
 ultro ad me venit, unicam gnatam suam 100
 cum dote summa filio uxorem ut daret.
 75 placuit : despondi. hic nuptiis dictust dies.
SO. quid obstat quor non verae fiant ? *SI.* audies.
 ferme in diebu' paucis quibus haec acta sunt
 Chrysis vicina haec moritur. *SO.* o factum bene ! 105
 besti ; ēi metui a Chryside. *SI.* ibi tum filius
 80 cum illis qui amabant Chrysidem una aderat frequens ;
 curabat una funu' ; tristis interim,
 nonnumquam conlacrumabat. placuit tum id mihi.
 sic cogitabam " hic parvae consuetudinis 110
 causa huiu' mortem tam fert familiariter :

84 rogabam *E* 86 an illae (*hic et ubique*) ? 87 Niceratum
 - *edd.* (*sed cf. Niceratus in Menandri Samia*) nam vel tum *secl. edd.* :
an secludend. tres (post ii) ? tres etiam *Don. ad 77* 88 -lum
P²DG^ε 89 alia *G* 100 ad me advenit *P¹* 103 quid igitur
ob. Gv, schol. C, schol. η 104 *Charisius p. 199* : fere *Ξ* (*cf. Charis.*
 'at qui detracta *M* littera legerunt fere') 105 haec *vi. G* 106
ei om. Cl'v'η 107 amarant *Mureus*

- quid si ipse amasset? quid hinc mihi faciet patri?" 85
 haec ego putabam esse omnia humani ingeni
 mansuetique animi officia. quid multis moror?
 115 egomet quoque eiu' causa in funus prodeō,
 nil suspicans etiam mali. *SO.* hem quid id est? *SI.* scies.
 ecfertur; imus. interea inter mulieres 90
 quae ibi aderant forte unam aspicio adulescentulam
 forma . . . *SO.* bona fortasse. *SI.* et voltu, *Sosia,*
 120 adeo modesto, adeo venusto ut nil supra.
 quia tum mihi lamentari praeter ceteras
 visast et quia erat forma praeter ceteras 95
 honesta ac liberali, accedo ad pedisequas,
 quae sit rogo: sororem esse aiunt *Chrysidis.*
 125 percussit ilico animum. attat hoc illud est,
 hinc illae lacrumae, haec illast misericordia.
SO. quam timeo quorsum evadas! *SI.* funus interim 100
 procedit: sequimur; ad sepulcrum venimus;
 in ignem inpositast; fletur. interea haec soror
 130 quam dixi ad flammam accessit imprudentius,
 sati' cum periclo. ibi tum exanimatus *Pamphilus*
 bene dissimulatum amorem et celatum indicat: 105
 adcurrit; mediam mulierem complectitur:
 "mea *Glycerium,*" inquit "quid agis? quor te is perditum?"
 135 tum illa, ut consuetum facile amorem cerneret,
 reiecit se in eum flens quam familiariter!
SO. quid ais? *SI.* redeo inde iratus atque aegre ferens; 110
 nec satis ad obviurgandum causae. diceret
 "quid feci? quid commerui aut peccavi, pater?"
 140 quae sese in ignem inicere voluit, prohibui
 servavi." honesta oratiost. *SO.* recte putas;
 nam si illum obiurges vitae qui auxilium tulit, 115

113 ego *om. G* 116 *Ev:* quid est id *G:* quid est *cell.*
 121 *CP¹v²:* quae tum *cell.*: quae cum *Bentley* 122 *om. P¹G¹ε¹* et
 quae *v²* 123 ad *om. η* 125 -ssi *v* 129 posita *C* 132 diu
cel. E 133 ampl. *G* 137 agis *Gv¹* 142 quia *v¹* tul. aux. *G*

- quid facias illi qui dederit damnum aut malum ?
SI. venit Chremes postridie ad me clamitans :
 indignum facinu' ; comperisse Pamphilum 145
 pro uxore habere hanc peregrinam. ego illud sedulo
 120 negare factum. ille instat factum. denique
 ita tum discedo ab illo, ut qui se filiam
 neget daturum. *SO.* non tu ibi gnatum . . ? *SI.* ne haec
 quidem
 sati' vehemens causa ad obiurgandum. *SO.* qui ? cedo. 150
SI. " tute ipse his rebu' finem praescripsi, pater :
 125 prope adest quom alieno more vivendumst mihi :
 sine nunc meo me vivere interea modo."
SO. qui igitur relictus est obiurgandi locus ?
SI. si propter amorem uxorem nolet ducere : 155
 ea primum ab illo animum advortenda iniuriast ;
 130 et nunc id operam do, ut per falsas nuptias
 vera obiurgandi causa sit, si deneget ;
 simul sceleratu' Davo' siquid consili
 habet, ut consumat nunc quom nil obsint doli ; 160
 quem ego credo manibu' pedibu'que obnixè omnia
 135 facturum, magis id adeo mihi ut incommodet
 quam ut obsequatur gnato. *SO.* quapropter ? *SI.* rogas ?
 mala mens, malus animu'. quem quidem ego si sensero . .
 sed quid opust verbis ? sin eveniat quod volo, 165
 in Pamphilo ut nil sit morae, restat Chremes
 140 cui mi expurgandus est : et spero confore.
 nunc tuõmst officium has bene ut adsimules nuptias,
 perterrefacias Davom, observes filium
 quid agat, quid cùm illo consili captet. *SO.* sat est : 170
 curabo. *SI.* eamu' nunciam intro : i prae, sequar.

143 facies *G* 145 comperisse se *G*¹ 148 ab illo *suspicionem*
mouet 152 pr. est *E* 153 *edd.* : me meo Σ : meo *C*¹
 154 quis *CG* 155 *Don.* : nolit Σ 156 *cf. ad 148* 165 sine Σ
 167 *Don.* (' et cui per *Q* veteres scripserunt') : qui mi exorandus est Σ
 vel quoi (*cf. ad Phorm.* 69) 171 *SI.*] *ante* i prae Σ -ar *P*,
schol. G, Evn : -or *cett.*

SIMO DAVOS

ii

SI. Non dubiumst quin uxorem nolit filius ;
ita Davom modo timere sensi, ubi nuptias
futuras esse audivit. sed Ipse exit foras.

175 *DA.* mirabar hoc si sic abiret et eri semper lenitas
verebar quorsum evaderet. 5

qui postquam audierat non datum iri filio uxorem suo,
numquam quoiquam nostrum verbum fecit neque id
aegre tulit.

SI. at nunc faciet neque, ut opinor, sine tuo magno
malo.

180 *DA.* id voluit nos sic necopinantis duci falso gaudio,
sperantis iam amoto metu, interoscitantis opprimi, 10
nē esset spatium cogitandi ad disturbandas nuptias :

astute. *SI.* carnufex quae loquitur? *DA.* erus est neque
provideram.

SI. Dave. *DA.* hem quid est? *SI.* eho dum ad me.
DA. quid hīc volt? *SI.* quid ais? *DA.* qua de
re? *SI.* rogas?

185 mēum gnatum rumor est amare. *DA.* id populu' curat
scilicet.

SI. hoccin agis an non? *DA.* ego vero istuc. *SI.* sed 15
nunc ea me exquirere

iniqui patris est ; nam quod ant(e)hac fecit nil ad me attinet.
dum tempus ad eam rem tulit, sivi animum ut expleret suom ;
nunc hic diēs aliam vitam defert, alios mores postulat :

190 de(h)inc postulo sive aequomst te oro, Dave, ut redeat iam
in viam.

175. et om. C¹ 179. vel opino[r] (*hic et ubique*) 180 falsos C¹
181 C¹DG²E²: interea osc. *cest.* 182 ut ne *edd.* 184 quid agis
DG 186 me om. G 189 def. *Cic. Fam.* xii. 25, 5: adfert 3

20 hoc quid sit? omnes qui amant graviter sibi dari uxorem
ferunt.

DA. ita aiunt. *SI.* tum siquis magistrum cepit ad eam rem
inprobum,
ipsum animum aegrotum ad deteriores partes plerumque
adplicat.

DA. non hercle intellego. *SI.* non? hem. *DA.* non:
Davo' sum, non Oedipus.

SI. nempe ergo aperte vis quae restant me loqui? *DA.* 195
sane quidem.

25 *SI.* si sensero hodie quicquam in his te nuptiis
fallaciae conari quo fiant minus,
aut velle in eâ re ostendi quam sis callidus,
verberibu' caesum te in pistrinum, Dave, dedam usque ad
necem,
eâ lege atque omine ut, si te inde exemerim, ego pro te 200
molam.

30 quid, hoc intellexi[n]? an nondum etiam ne hoc quidem?

DA. immo callide:

ita aperte ipsam rem modo locutu's, nil circum itione usus es.

SI. ubivis faciliu' passu' sim quam in hac re me deludier.

DA. bona verba, quaeso! *SI.* inrides? nil me falli'. sed
dico tibi:

ne temere facias; neque tu haud dicas tibi non praedictum: 205
cave!

iii

D A V O S

Enimvero, Dave, nil locist segnitiae neque socordiae,
quantum intellexi modo senis sententiam de nuptiis:

191 *DA.* hoc . . . *SI.* omnes *C²P²* (*non Don.*) sibi gr. *G*
192 accepit η^1 194 hem *om. C¹P* 196 te in his *G* 197 quo
non fi. mi. *E* 200 inde te ex. η 201 -xti *G* (*ex -xtin*) 202
usor *Don.* 203 me re *v* 204 sed hoc dico *P²*; edico *Don. ad*
495 (*recte*!) 205 haud di. *Don.* (*qui illud haud testatur, non dicas*):
hoc dicas *D¹G*; hoc dices *cell.* (h. tu d. *E*) I. iii *nulla nova scaena*
in 7

quae si non astu providentur, me aut erum pessum dabunt.
nec quid agam certumst, Pamphilumne adiutem an auscultem
seni.

210 si illum relinquo, ei(u)s vitae timeo ; sin opitulor, hui(u)s 5
minas,
quoi verba dare difficilest : primum iam de amore hoc
comperit ;
me infensu' servat nequam faciam in nuptiis fallaciam.
si senserit, perii : aut si lubitum fuerit, causam ceperit
quo iure quaque iniuria praecipitem [me] in pistrinum dabit.

215 ad haec mala hoc mi accedit etiam : haec Andria, 10
si[ve] ista uxor sive amicast, gravida e Pamphilost.
audireque eorumst operae pretium audaciam
(nam inceptiost amentium, haud amantium) :
quidquid peperisset decreverunt tollere.

220 et fingunt quandam inter se nunc fallaciam 15
civem Atticam esse hanc : " fuit olim quidam senex
mercator ; navim is fregit apud Andrum insulam ;
is obiit mortem." ibi tum hanc eiectam Chrysidis
patrem recepisse orbam parvam. fabulae !

225 miquidem hercle non fit veri simile ; atque ipsis commentum 20
placet.

sed Mysis ab ea egreditur. at ego hinc me ad forum ut
conveniam Pamphilum, ne de hac re pater inprudenter
opprimat.

M Y S I S

iv

Audivi, Archylis, iamdudum : Lesbiam adduci iubes.
sane pol illa temulentast mulier et temeraria

209 ne quid C¹ 212 ne aliquam G in om. CPD¹ (nequam fall.
nu.), Gv 213 aut secl. Conradt 220 inter se qu. G nunc
om. E 221 ol. hinc qu. Bentley (*rhythmo consulens*) 222 is
om. G 225 similis G¹ atque etiam Don. ut vid. 228 'utrum
iamd. audivi an iamd. iubes incerta distinctio est' Don.

nec sati' digna quoi committas primo partu mulierem. 230
 tamen eam adducam? inopportunitatem spectate aniculae
 5 quia compotrix eius est. di, date facultatem obsecro
 huic pariundi atque illi in aliis potiu' peccandi locum.

sed quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor quid
 siet.
 opperiar, ut sciam num quid nam haec turba tristitiae 235
 adferat.

V PAMPHILVS MYSIS

PA. Hoccinest humanum factu aut inceptu? hoccin[est]
 officium patris?
MY. quid illud est? *PA.* pro deum fidem quid est,
 si haec non contumelias?
 uxorem decrerat dare sese mi hodie: nonne oportuit
 praescisse me ante? nonne priu' communicatum oportuit?
 5 *MY.* miseram me, quod verbum audio! 240

PA. quid? Chremes, qui denegarat se commissurum mihi
 gnatam suam uxorem, id mutavit quia me inmutatum
 videt?
 itane obstinate operam dat ut me a Glycerio miserum
 abstrahat?
 quod si fit pereo funditus.
 10 adeo hominem esse invenustum aut infelicem quemquam 245
 ut ego sum!
 pro deum atque hominum fidem!

230 in pr. v 231 obsecro sp. an. G: sp. an. obsecro C², schol.
D, Ev (cf. ad 232) 232 fac. date E facilitate G obs. om. D²GEv
 233 in al. illi G 235 num *Don. gl. II*: nunc Σ turbae tristitia
Bentley 236 *Don.*: -tum a. -tum Σ 237 pro d. atque hominum
 fi. C²D, schol. v: pro d. fi. atque hom. GE hoc Bentley non
 om. G 238 da. ho. sese P² ho. om. C¹P¹v¹ 242 D: quoniam
 cell.: quoniam vel quia *Donati codd. ad 392* (q. me inm.) 243 ut]
 quo schol. D 245 esse hom. D

nullon ego Chremeti' pacto adfinitatem effugere potero?
 quot modis contemptu' spretu'! facta transacta omnia.
 hem

repudiatu' repeto. quā̄m ōb rem? nisi si id est quod
 suspicor :

250 aliquid monstri alunt : ea quoniam nemini obrudi potest, 15
 itur ad me. *MY.* oratio haec me miseram exanimavit metu.

PA. nam quid ego dicam de patre? ah

tantamne rem tam negligenter agere! praeteriens modo
 mi apud forum "uxor tibi ducendast, Pamphile, hodie"
 inquit : "para,

255 abī domum." id mihi visust dicere "abī cito ac suspende te." 20
 obstipui. censen me verbum potuisse ullum proloqui? aut
 ullam causam, ineptam saltem falsam iniquam? obmutui.
 quod si ego rescissem id priu', quid facerem siquis nunc
 me roget :

aliquid facerem ut hoc ne facerem. sed nunc quid primum
 exsequar?

260 tot me inpediunt curae, quae meum animum divorsae 25
 trahunt :

amōr, misericordia huiu', nuptiarum sollicitatio,
 tum patri' pudor, qui me tam leni passus est animo usque
 adhuc

quae mēō quomque animo lubitumst facere. ēine ego ut
 ādvorser? ei mihi!

incertumst quid agam. *MY.* misera timeo "incertum" hoc
 quorsus accidat.

265 sed nunc peropust aut hunc cum ipsa aut de illa aliquid me 30
 advorsum hunc loqui :

248 *vel* em 249 nisi id est *DE* (*non Sacerd.* p. 445¹) : nisi
 dem *G* 252 e. nunc di. *DG* aha *CPD* 255 ac¹ et *G*
 256 illum *G* 258 si *om.* *P*¹ 264 quorsum Σ (incertumst h. q.
Klette) 265 al. de illa Σ adversus *D*

dum in dubiost animu', paullo momento huc vel illuc
impellitur.

PA. quis hic loquitur? *Mysis*, salve. *MY.* o salve,
Pamphilē. *PA.* quid agit? *MY.* rogas?
laborat e dolore atque ex hoc misera sollicitast, diem
quia olim in hunc sunt constitutae nuptiae. tum autem hoc
timet,

35 ne deseras se. *PA.* hem egone istuc conari queam? 270

egōn propter me illam decipi miseram sinam,
quae mihi suom animum atque omnem vitam credidit,
quam ego animo egregie caram pro uxore habuerim?
bene et pudice ei(u)s doctum atque eductum sinam

40 coactum egestate ingenium inmutarier? 275

non faciam. *MY.* haud verear si in te solo sit situm;
sed vim ut queas ferre. *PA.* adeon me ignavom putas,
adeon porro ingratum aut inhumanum aut ferum,
ut neque me consuetudo neque amor neque pudor

45 commoveat neque commoneat ut servem fidem? 280

MY. unum hoc scio, hanc meritam esse ut memor esses sui.
PA. memor essem? o *Mysis Mysis*, etiam nunc mihi
scripta illa dicta sunt in animo *Chrysidis*
de *Glycerio*. iam ferme moriens me vocat:

50 accessi; vos semotae: nos soli: incipit 285

"mi Pamphile, huiu' formam atque aetatem vides,
nec clam te est quam illi nunc utraeque inutiles
et ad pudicitiam et ad rem tutandam sient.
quod ego per hanc te dexteram [oro] et genium tuom,

266 vel etiam *Lact. Flac. in Theb. xi. 139* 267 sa. o Pam. G agat C¹
268 die CP¹D 269 sunt om. D¹G 270 se om. E hem
om. G 273 -rit C¹ 276 -or P²D³ sit so. G: solum sit D
277 vim ut etiam *Don. ad 695* 281 hanc om. C¹P me. hanc
esse *schol. C* 287 n. utr. res inut. *DGEvη Priscian. ii. 51*
lectionem utiles agnovisse Donatum nullo modo constat 289
te per hanc Σ oro) superscr. C¹P¹: *schol. P notis Tironianis* 'non
habet' (*scil. antiquus liber*) gen. *Don.*: ingenium Σ

- 290 per tuam fidem perque huius solitudinem 55
 te obtestor ne abs te hanc segreges neu deseras.
 si te in germani fratri dilexi loco
 sive haec te solum semper fecit maximi
 seu tibi morigera fuit in rebus omnibus,
- 295 te isti virum do, amicum tutorem patrem ; 60
 bona nostra haec tibi permitto et tuae mando fide[i]."
 hanc mi in manum dat ; mors continuo ipsam occupat.
 accepi : acceptam servabo. *MY.* ita spero quidem.
- PA.* sed quor tu abis ab illa? *MY.* obstetricem accerso.
PA. propera. atque audin?
- 300 verbum unum cavē de nuptiis, ne ad morbum hoc etiam . . 65
MY. teneo.

ACTVS II

CHARINVS BYRRIA PAMPHILVS I

- CH.* Quid ais, Byrria? daturne illa Pamphilo hodie nuptum? *BY.* sic est.
- CH.* qui scis? *BY.* apud forum modo ē Davo audivi.
CH. vae misero mihi!
 ut animus in spe atque in timore usque ant(e)hac attentus fuit,
 ita, postquam adempta spes est, lassu' cura confectus stupet.
- 305 *BY.* quaeso edepol, Charine, quoniam non potest id fieri 5
 quod vis,

290 perque] per *D* (et *superscript*) fortitudinem *D*¹ : sollicitudinem
*E*¹ *Don.* (†) 291 hanc abs te *G* 293 te haec γ maxime *E*
 297 ipsam etiam *Don.* ad *Ad.* 457 301 daturne etiam *Don.* ad 337,
Ad. 284 ho. om. *P* 302 e Da. mo. *D*¹*G*¹

id velis quod possit. *CH.* nil volo aliud nisi Philumenam.

BY. ah

quanto satiust te id dare operam qui istum amorem ex animo
amoveas [tuo],

quam id loqui quo mage lubido frustra incendatur tua !

CH. facile omnes quom valemus recta consilia aegrotis
damus.

10 tu si hic sis aliter sentias. *BY.* age age, ut lubet. *CH.* 310
sed Pamphilum

video. omnia experiri certumst priu' quam pereo. *BY.*
quid hic agit ?

CH. ipsum hunc orabo, huic supplicabo, amorem huic
narrabo meum :

credo impetrabo ut aliquot saltem nuptiis prodat dies :

interea fiet aliquid, spero. *BY.* id "aliquid" nil est. *CH.*
Byrria,

15 quid tibi videtur? adeon ad eum? *BY.* quidni? si nil 315
impetres,

ut te arbitretur sibi paratum moechum, si illam duxerit.

CH. abin hinc in malam rem cum suspicione istac,
scelus?

PA. Charinum video. salve. *CH.* o salve,
Pamphile :

ad te advenio spem salutem auxilium consilium expetens.

20 *PA.* neque pol consili locum habeo neque ad auxilium 320
copiam.

306 possis *August. Civ. ii, 52 H., etc.* n. al. vo. *D* 307 ab an.
amov. t. δ: ex corde eicias *Don.* (?) (*om. tuo?*) tuo *etiam August.*
Civ. ii. 17 H. 310 sis] esses *Priscian. ii, 191* 312 ip. h.
etiam Priscian. ii, 316 317 abi *C²D²G²Evη* 319 ad te *om.*
D¹G adv. *etiam Priscian. ii, 194; 155* cons. aux. *G* (*non Don.*)
320 loc. hab. pol cons. *G* -liis *C¹F¹* ad auxiliandum *D¹p:*
auxilii *C¹PD²G²Evη*: auxiliis *G¹*

sed istuc quidnamst? *CH.* hodie uxorem ducis? *PA.*
 aiunt. *CH.* Pamphile,
 si id facis, hodie postremum me vides. *PA.* quid ita?
CH. ei mihi,
 vereor dicere: huic dic quaeso, Byrria. *BY.* ego dicam.
PA. quid est?
BY. sponsam hic tuam amat. *PA.* nē iste haud mecum
 sentit. eho dum dic mihi:
 325 num quid nam ampliu' tibi cūm illa fūit, Charine? *CH.* 25
 ah[a], Pamphile,
 nil. *PA.* quam vellem! *CH.* nunc te per amicitiam et per
 amorem obsecro,
 principio ut ne ducas. *PA.* dabo equidem operam. *CH.*
 sed si id non potest
 aut tibi nuptiae hae sunt cordi, *PA.* cordi! *CH.* saltem
 aliquot dies
 profer, dum proficiscor aliquo ne videam. *PA.* audi nunciam:
 330 ego, Charine, ne utiquam officium liberi esse hominis puto, 30
 quom is nil mereat, postulare id gratiae adponi sibi.
 nuptias effugere ego istas malo quam tu adipiscier.
CH. reddidisti animum. *PA.* nunc siquid potēs aut tū
 aut hic Byrria,
 facite fingite invenite efficite qui detur tibi;
 335 ego id agam mihi qui ne detur. *CH.* sat habeo. *PA.* 35
 Davom optume
 video, quoi(u)s consilio fretu' sum. *CH.* at tu hercle haud
 quicquam mihi,
 nisi ea quae nil opu' sunt scire. fugin hinc? *BY.* ego
 vero ac lubens.

324 am. tu. v 326 quem D¹ 326-7 principio obs. G
 327 potes C²PD²Gpuη (non Don.) 328 hae s. nu. G vel hae(c)
 (hic et ubique) 329 -scar P²E 331 mer. Don., Serv. ad
 Aen. vi. 664: promereat Σ poni G Serv. (recte?) 332 ego istas
 nu. eff. Phillimore 333 aut (prius) om. v 337 scires E¹:
 -ri Fabricius

ii DAVOS CHARINVS PAMPHILVS

DA. Di boni, boni quid porto? sed ubi inveniam Pamphilum,
ut metum in quo nunc est adimam atque expleam animum
gaudio?

CH. laetus est nescioquid. *PA.* nil est: nondum haec 340
rescivit mala.

DA. quem ego nunc credo, si iam audierit sibi paratas
nuptias . .

5 *CH.* audin tu illum? *DA.* toto me oppido exanimatum
quaerere.

sed ubi quaeram? quo nunc primum intendam? *CH.*
cessas conloqui?

DA. habeo. *PA.* Dave, ades resiste. *DA.* quis homost,
qui me . . ? o Pamphile,

te ipsum quaero. eugae, Charine! ambo opportune: vos 345
volo.

PA. Dave, perii. *DA.* quin tu hoc audi. *CH.* interii.
DA. quid timeas scio.

10 *PA.* mea quidem hercle certe in dubio vitast. *DA.* et
quid tu, scio.

PA. nuptiae mi . . *DA.* etsi scio? *PA.* hodie . . *DA.* ob-
tundis, tam etsi intellego?

id paves ne ducas tū illam; tū autem ut ducas. *CH.* rem
tenes.

PA. istuc ipsum. *DA.* atque istuc ipsum nil periclist: me 350
vide.

342 audi *p* -rem *G*: -ret *E*¹ 343 aut quo *DpE*, *schol.* *v*
*D*¹*p*: adl. *cett.* 344 *Don.*: abeo Σ adis *E* o *om.* *p*
345 eugae] hem *Charisius* 119 volo vos *D* 346 *CH.* *Don.*:
PA. Σ 347 *PA.* *Don.*: *CH.* Σ certe *om.* *pEη* (*non Don.*)
est vi. δ quod tu *E* 348 et id scio *C*²*p*, *schol.* *v.* η ² *Don.*:
et is sc. *C*³ et is int. *C*³ 349 cave *C*: caves *P*¹: praecaves
schol. *D*, *G*¹*p*²*E**vη* tu (*prius*) *om.* *G* aut. adduc. *G* 350
is. . . is.] hoc . . hoc *Priscian.* ii. 6: an istoc!

PA. obsecro te, quam primum hoc me libera miserum metu.

DA. em

libero : uxorem tibi non dat iam Chremes. *PA.* qui scis? 15

DA. scio.

tuo' pater modo meprehendit : aît tibi uxorem dare
hodie, item alia multa quae nunc non est narrandi locus.

355 continuo ad te properans percurro ad forum ut dicam haec tibi.
ubi te non invenio ibi escendo in quandam excelsum locum,
circumspicio : nusquam. forte ibi huius video Byrriam ; 20
rogõ : negat vidisse. mihi molestum ; quid agam cogito.
redeunti interea ex ipsa re mi incidit suspicio "hem

360 paullulum oponi ; ipsus tristis ; de inproviso nuptiae :
non cohaerent." *PA.* quorsus nam istuc? *DA.* ego me
continuo ad Chremem.

quom illo advenio, solitudo ante ostium : iam id gaudeo. 25

CH. recte dici'. *PA.* perge. *DA.* maneo. interea intro
ire neminem

video, exire neminem ; matronam nullam in aedibus,
365 nil ornati, nil tumulti : accessi ; intro aspexi. *PA.* scio :
magnum signum. *DA.* num videntur convenire haec
nuptiis ?

PA. non opinor, Dave. *DA.* "opinor" narras? non recte 30
accipis :

certa res est. etiam puerum inde abiens conveni Chremi :
holera et pisciculos minutos fer[r]e obolo in cenam seni.

370 *CH.* liberatu' sum hodie, Dave, tua opera. *DA.* ac nullus
quidem.

351 me om. *G¹E^η* de hoc me *Arusian.* 490 mis. lib. δ hem Σ
352 lib. te v ti. ux. *G^p* scis] scies p 353 appr. *schol. C,*
DpEvη ait sese t. *P²* 353-4 d. sese ho. *schol. C, DpEvη* : d. se
ho. *G²* 355 ti. h. *CP, schol. G, Evη* : hoc ti. p 356 *C¹P¹p* : asc.
cell. lo. exc. *G* 357 i. f. δ vi. hu. η 358 vi. se Σ 360
ipse *C¹P* : ipsius *p¹* 361 *CH.* non *C¹v* quorsum Σ ego-
met co. *D¹G²p Don.* 362 illuc γ (*prueter v*) : illoc δv venio *Kauer*
(*cf. ad Haut.* 407) 364 nu. iam aed. *D¹G^η* 366 sig.] gaudium v
367 narrat *G¹* 368 Chremi *E¹η¹ Don.* : -mis *cell., Gramm.* 369
senis v 370 *PA.* lib. *schol. C, P²D¹pE¹v* *Da.* ho. *Priscian.* ii. 78

CH. quid ita? nempe huic prorsus illam non dat. *DA.*
 ridiculum caput,
 35 quasi necesse sit, si huic non dat, tē illam uxorem ducere,
 nisi vides, nisi senis amicos oras ambis. *CH.* bene mones :
 ibo, etsi hercle saepe iam me spes haec frustrat. vale.

iii PAMPHILVS DAVOS

PA. Quid igitur sibi volt pater? quor simulat? *DA.* ego 375
 dicam tibi.
 si id suscenseat nunc quia non det tibi uxorem Chremes,
 ipsu' sibi esse iniuriu' videatur, neque id iniuria,
 priu' quam tuōm ut sese habeat animum ad nuptias per-
 spexerit :
 5 sed si tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet :
 tūm illae turbae fient. *PA.* quidvis patiar. *DA.* pater est, 380
 Pamphile :
 difficilest. tum haec solast mulier. dictum [ac] factum
 invenerit
 aliquam causam quam ob rem eiciat oppido. *PA.* eiciat ?
DA. cito.
PA. cedo igitur quid faciam, Dave? *DA.* dic te ducturum.
PA. hem. *DA.* quid est?
 10 *PA.* egōn dicam? *DA.* quor non? *PA.* numquam
 faciam. *DA.* ne nega.
PA. suadere noli. *DA.* ex eā re quid fiat vide. 385
PA. ut ab illa excludar, hoc concludar. *DA.* non itast.
 nempe hoc sic esse opinor : dicturum patrem
 “ ducas volo hodie uxorem ” ; tu “ ducam ” inquires :
 15 cedo quid iurgabit tecum? hic reddes omnia.

371 non d. il. *G* 373 ores *E* 374 spes om. *P*¹ 375 nova
scaena Don. : non Σ qu. ig. o Dave sibi *E* 377 post 378 *Bothe*
 vid. es. ini. γ 378 tu. an. ut s. ha. γ : tu. ut ha. s. an. δ 379
sed om. G *C*¹ : cu. omnem in *cell.* 384 egone Σ 385 qu.
 facias ^v 386 hoc *Don.* : hac Σ ita *G*¹ 389 vel post hic
distingue obiurg. *L*

390 quae nunc sunt certa [ei] consilia, incerta ut sient
sine ðmni periclo. nam hoc haud dubiumst quin Chremes
tibi non det gnatam; nec tu eā causa minueris
haec quae facis, ne is mutet sūam sententiam.

patri dic velle, ut, quom velit, tibi iure irasci non queat. 20
395 nam quod tu speres “propulsabo facile uxorem his moribus;
dabūt nemo”: inveniet inopem potiu’ quam te corrumpi
sinat.

sed si te aequo animo ferre accipiet, negligentem feceris;
aliam otiosu’ quaeret: interea aliquid acciderit boni.

PA. itā credis? *DA.* haud dubium id quidemst. *PA.* 25
vidē quo me inducas. *DA.* quin taces?

400 *PA.* dicam. puerum autem ne resciscat mi esse ex illa
cautiost;

nam pollicitus sum suscepturum. *DA.* o facinus audax!
PA. hanc fidem

sibi me obsecravit, qui se sciret non deserturum, ut darem.

DA. curabitur. sed pater adest. cavē te esse tristem sentiat.

S I M O D A V O S P A M P H I L V S i v

SI. Reviso quid agant aut quid captent consili.

405 *DA.* hic nunc non dubitat quin te ducturum neges.

venit meditatus alicunde ex solo loco:

orationem sperat invenisse se

qui differat te: proin tu fac apud te ut sies. 5

PA. modo ūt possim, Dave! *DA.* crede inquam hoc mihi,
Pamphile,

390 ei om. *GL*¹ 392 non] nunc *G* ne tu *GLE*² metueris
*p*¹: min. vel met. *v*¹ 393 facit *v*¹ su. mu. *CPE* mutat *C*¹*P*¹
394 velle te *schol.* *C*, *GLpEv* dum *L* 395 speras Ξ (*praeter*
*C*¹) (*non Don.*) 397 animo om. *P*¹ 398 *p*: alia *cell.* al.
int. *Lp*: int. (al. om.) *G* 399 id om. *G* quidem est id *L* 402
-turum etiam *Priscian.* ii. 17 405 nunc om. *E* 406 aliunde *E*
408 qua *CPLp*, *schol.* *v*

numquam hodie tecum commutaturum patrem 410
unum esse verbum, si te dices ducere.

v BYRRIA SIMO DAVOS PAMPHILVS

- BY.* Eru' me relictis rebu' iussit Pamphilum
hodie observare, ut quid ageret de nuptiis
scirem : id propterea nunc hunc venientem sequor.
ipsum adeo praesto video cum Davo : hoc agam. 415
- 5 *SI.* utrumque adesse video. *DA.* em serva. *SI.* Pamphile.
DA. quasi de improviso respice ad eum. *PA.* ehem pater.
DA. probe. *SI.* hodie uxorem ducas, ut dixi, volo.
BY. nunc nostrae timeo parti quid hīc respondeat.
PA. neque istic neque alibi tibi erit usquam in me mora. 420
BY. hem.
- 10 *DA.* obmutuit. *BY.* quid dixit? *SI.* facis ut te decet,
quom istuc quod postulo impetro cum gratia.
DA. sum verus? *BY.* eru', quantum audio, uxore excidit.
SI. i nunciam intro, ne in mora, quom opu' sit, sies.
PA. eo.—*BY.* nullane in re esse quoiquam homini fidem! 425
- 15 verum illud verbumbst, volgo quod dici solet,
omnis sibi malle melius esse quam alteri.
ego illam vidi : virginem forma bona
memini videri : quo aequior sum Pamphilo,
si se illam in somnis quam illum amplecti maluit. 430
- 20 renuntiabo, ut pro hoc malo mihi det malum.

vi DAVOS SIMO

DA. Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam
portare et ea me hic restitisse gratia.

414 id *om. p* huc *L* 415 c. *Da. om. C¹* 416 em *C¹P* :
hem *celt.*: *om. G* 419 meae *v'* 420 us er. *GLp* 422 quod]
ut *G* 425 nullanne *L¹* (ull. *L²*). *Ev* in re *om. E* hom. cuiq.
CPEv 427 e. me. ma. *GLp* 428 cf. ad 148 429 -ri (*et -re*)
Don : -re \approx *Gramm.* mem. me vi. *E* 430 insomnis ('vigilans')
improbat Don. 431 det hoc malum *G* 433 rest. hic *G*

- SI.* quid Davo' narrat? *DA.* aequē quicquam nunc quidem.
 435 *SI.* nilne? hem. *DA.* nil prorsus. *SI.* atqui exspectabam
 quidem.
DA. praeter spem evenit, sentio : hoc male habet virum. 5
SI. potin es mihi verum dicerē? *DA.* nil facilius.
SI. nūm illi molestae quidpiam haec sunt nuptiae
 propter hūiusce hospitai consuetudinem?
 440 *DA.* nil hercle ; aut, si adeo, biduist aut tridui
 haec sollicitudo : nosti? deinde desinet. 10
 etenim ipsu' secum eam rem reputavit via.
SI. laudo. *DA.* dum licitumst ei dumque aetas tulit,
 amavit ; tum id clam : cavet ne umquam infamiae
 445 ea res sibi esset, ut virum fortem decet.
 nunc uxore opus est : animum ad uxorem adpulit. 15
SI. subtristi' visus est esse aliquantum mihi.
DA. nil propter hanc rem, sed est quod suscenset tibi.
SI. quidnamst? *DA.* puerilest. *SI.* quid id est? *DA.*
 nil. *SI.* quin dic, quid est?
 450 *DA.* ait nimium parce facere sumptum. *SI.* mene? *DA.* te.
 "vix" inquit "drachumis est opsonatum decem : 20
 non filio videtur uxorem dare.
 quem" inquit "vocabo ad cenam mēōrum aequalium
 potissimum nunc?" et, quod dicendum hic siet,
 455 tu quoque perparce nimium : non laudo. *SI.* tace.
DA. commovi. *SI.* ego istaec recte ut fiant videro. 25
 quidnam hoc est rei? quid hīc volt veterator sibi?
 nam si hic malist quicquam, em illic est huic rei caput.

434 *DA.* *etiam Don.* ae. qu. *etiam Don.* ('hoc est nihil'), *Gloss.*
ps -Flac. ('ae. qu. : nihil') nunc *etiam Don.* 435 atque *p*
 (*recte!*): at *L* 436 hoc *om. p*¹ ha. ma. *E* 437 es *om. L* 438
 hae *Σ* 439 -tae *Σ* h. p. c. hospitae *edd.* 442 ipse *γ* rem
 recta rep. *schol. C. schol. P, G* (-tam man. r), *LpEv* 445 ea sibi res
E (*quod mavult Kauer*) 446 app. *etiam Don. ad prol. I* 447
 -tulum *E* 449 id *p*: *om. celt.* 450 a. te perparce *Kauer* fa.
 te *schol. C* 451 -tus *schol. C. schol. P, GLpEv* 457 rei est
DL: est rei est *E*¹ 458 mali hem qu. ill. *G* hem *superscr. D*¹:
om. p an illic . . hic (*cf. Priscian. i. 593*) †

ACTVS III

i MYSIS SIMO DAVOS LESBIA (GLYCERIVM)

- MY.* Ita pol quidem res est, ut dixi, Lesbia :
fidelem haud ferme mulieri invenias virum. 460
SI. ab Andriast ancilla haec. *DA.* quid narras? ita est.
MY. sed hic Pamphilus . . *SI.* quid dicit? *MY.* firmavit
fidem. *SI.* hem.
- 5 *DA.* utinam aut hic surdus aut haec muta facta sit !
MY. nam quod peperisset iussit tolli. *SI.* o Iuppiter,
quid ego audio? actumst, siquidem haec vera praedicat. 465
LE. bonum ingenium narras adolescentis. *MY.* optimum
sed sequere me intro, ne in mora illi sis. *LE.* sequor.—
- 10 *DA.* quod remedium nunc huic malo inveniam? *SI.* quid
hoc?
adeon est demens? ex peregrina? iam scio: ah
vix tandem sensi stolidu'. *DA.* quid hic sensisse ait? 470
SI. haec primum adfertur iam mi ab hoc fallacia:
hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant.
- 15 (*GL. intus*) Iuno Lucina, fer opem, serva me, obsecro.
SI. hui tam cito? ridiculum: postquam ante ostium
me audivit stare, adproperat. non sat commode 475
divisa sunt temporibu' tibi, Dave, haec. *DA.* mihin?
SI. num inmemores discipuli? *DA.* ego quid narres nescio.
- 20 *SI.* hicin me si inparatum in veris nuptiis
adortus esset, quos mihi ludos redderet!
nunc hui(u)s periculo fit, ego in portu navigo. 480

459 res om. E dixisti (et dixi) Don. (?): dixi v 460 -nies E
461 DA. post nar. Σ narrat D¹ q. narrat? DA. Kauer SI. itast
Bentley = 462 fidem om. G¹ 464 o om. G 465 verba G¹
467 sis illi E sies C¹DLp 468 huic nunc G 469 ah om.
D¹Lpv 470 sensisse se CP⁸: se s. Ev 471 prima schol. D, G
477 non inm. E immemor es disc. (gen. sing.) Don., Eugr.
479 me Bentley

LESBIA SIMO DAVOS

ii

LE. Adhuc, Archylis, quae adsolent quaeque oportent
signa esse ad salutem, omnia huic esse video.
nunc primum fac istaec [ut] lavet; post(e) deinde,
quod iussi dari bibere et quantum imperavi,

485 date; mox ego huc revortor.

5

per ecastor scitu' puer est natu' Pamphilo.

dēos quaeso ut sit superstes, quandoquidem ipsest ingenio
bono,
quomque huic est veritus optumae adulescenti facere in-
iuriam.—

SZ. vel hoc quis [non] credat, qui te norit, abs te esse ortum?

DA. quidnam id est?

490 *SZ.* non imperabat coram quid opu' facto esset puerperae, 10
sed postquam egressast, illis quae sunt intu' clamat de via
o Dave, itan contemnor abs te? aut itane tandem idoneus
tibi videor esse quem tam aperte fallere incipias dolis?
saltem accurate, ut metui videar certe, si resciverim.

495 *DA.* certe hercle nunc hic se ipsu' fallit, haud ego. *SZ.* 15
edixin tibi,

interminatu' sum ne faceres? num veritus? quid re tulit?
credon tibi hoc nunc, peperisse hanc e Pamphilo?

DA. teneo quid erret et quid agam habeo. *SZ.* quid
taces?

481 oportent *E*: -et *cett.* 482 esse (*prius*) *om.* v 483 *schol. C*,
δ*Ev*: ista *CP Don.* (?): illam *schol. Bemb. ad Ad.* 482 484 *DG¹Lp¹*:
ei dari *cett.* (*praeter v*): ei dare v *Priscian.* ii. 156, *Explan. in*
Donat. 502 485 huc *om.* *C¹* *D¹E*: -tar *cett.* 486 na. est *GE*
de Pa. v 488 dumque *D*: cum et v h. ver. est Σ: *vix* huic
veritust 489 non Π^a (*ut vid.*), Σ, *om.* *Don.* ('ironia est') credet
E: -it v esse *om.* *G* or. *etiam Don.* 491 int. sunt *L*
int. *om.* *C¹* 492 itane co. Π^a*D¹Lp* 493 apertis *p¹* 494 salte^m
accurate Π^a: saltem curate *D¹* (*non Don. ad 593*) certo *p* 495
hic *om.* γ*D²L* ip. se γ*L* dixin *D¹* 496 -itus (*non -itu's*) *Don.*
(*'apta ellipsis irascenti'*): de Σ *non liquet* 497 credo Π^a 498 et *om.* *C¹*

DA. quid credas? quasi non tibi renuntiata sint haec sic fore.

20 *SI.* mihiñ quisquam? *DA.* eho ãn tute intellexti [hoc] ad- 500
simulariër? *SI.* inrideor.

DA. renuntiatumst; nam quĩ İstaec tibi incidit suspicio?

SI. qui? quia te noram. *DA.* quasi tu dicas factum id
consilio meo.

SI. certe enĩm scio. *DA.* non sati' me pernosti etiam
quali' sim, Simo.

SI. egõn te? *DA.* sed siquid tibi narrare ocepi, continuo
dari

25 tibi verba censens. *SI.* falso! *DA.* itaque hercle nil iam 505
muttire audeo.

SI. hoc ego scio unum, neminem peperisse hic. *DA.*
intellexti;

sed nilo setius referetur mox huc puer ante ostium.

id ego iam nunc tibi, ere, renuntio futurum, ut sis sciens,
ne tu hoc [mihi] posteriu' dicas Davi factum consilio aut
dolis.

30 prorsus a me opinionem hanc tuã esse ego amotam volo. 510

SI. unde id scis? *DA.* audivi et credo: multa concurrunt
simul

qui coniecturam hanc nunc facio. iam prius haec se e
Pamphilo

gravidam dixit esse: inventumst falsum. nunc, postquam
videt

nuptias domi adparari, missast ancilla ilico

499 t. s. r. *GD*²: s. r. t. *E* sint *om.* *D*¹ sunt h. *L*: h. sunt η^1
sic *om.* η^1 501 denunt. *C* ti. is. *G Priscian.* ii. 72 502 id
om. *G* (*non Don.* ad *Eun.* 736) 503 etiam *om.* *D*¹ 504 egone
 Σ tibi *om.* *D*¹ t. forte n. *p* coepi *CP* (*non Don.*, *Priscian.*)
dare *C* 505 mu. iam *E* 506 pe. h. ne. *G* -xeras
Kauer 507 set. minus *D*¹ *Lp*, *schol.* v. *schol.* η set. puerum
deferent huc a. o. *CPD*² *GEv*¹ η^1 508 id] sed *D*² η set. ren. ere
*D*¹ *GLp*: ere nuntio *C*^{2v} 509 ne] non *E* mihi hoc δ 510
hanc *om.* γG ¹ 511 un. hoc sc. ν *SI.* mu. co. si. *C*² *DG*¹ *p*¹ *Ev* η
512 nu. ha. *E* 513 po.] 'non habet' (*scil.* 'antiquus liber') *schol.* *P*
(*notis Tiron.*) 514 ancil]la est ilico Π^a

515 obstetricem accersitum ad eam et puerum ut adferret simul. 35
hoc nisi fit, puerum ut tu videas, nil moventur nuptiae.

SI. quid ais? quom intellexeras

id consilium capere, quor non dixi extemplo Pamphilo?

DA. quis igitur eum ab illa abstraxit nisi ego? nam omnes
nos quidem

520 scimu' quam misere hanc amarit: nunc sibi uxorem expetit. 40
postremo id mihi da negoti; tu tamen[i]dem has nuptias
perge facere ita ut facis, et Id spero adiuturos deos.

SI. immo abi intro: ibi me opperire et quod parato opus est
para.—

non inpulit me haec nunc omnino ut crederem;

525 atque haud scio an quae dixit sint vera omnia, 45
sed parvi pendo: illud mihi multo maxumumst
quod mihi pollicitust ipsu' gnatu'. nunc Chremem
conveniam, orabo gnato uxorem: si impetro,
quid alias malim quam hodie has fieri nuptias?

530 nam gnatu' quod pollicitust, haud dubiumst mihi, id 50
si nolit, quin eum merito possim cogere.
atque adeo in ipso tempore eccum ipsam obviam.

S I M O C H R E M E S iii

SI. Iubeo Chremetem. . *CH.* o te ipsum quaerebam.

SI. et ego te. *CH.* optato advenis.

aliquot me adierunt, ex te auditum qui abant hodie filiam
535 meam nubere tuo gnato; id viso tune an illi insaniant.

516 DA. hoc *C²P²DG¹LEv¹η* mo.] comm. G: prom. p: rem. v
agis *D¹GLv* 518 eas id co. p 520 expetit] petit Π² 521
scripsi: tamenidem *Don.* ('idem abundat'): tamen Σ: tamen idem *mavult*
Kuener (Π² n.l.) 523 immo *om. E* 526 mu. *om. GE* 527 ipse
CPD²Eη 528 et si v: id si *Priscian.* ii. 243 529 fi. has *CPEv*: istas
fi. *Charis.* 194 530 *E*: h. du. est id m. *CPv*: h. du. m. est id *DGL*:
h. du. id m. est *πη* id *dal. edd.* 532 in *om. CPEv* obv. Chremem
DGL (*Chr. vix gloss. ad Chremetem* 533) Chremem *etiam Don.*
(*sine obviam?*) 533 o *om. G* *CH.* (*alt.*) *ante* 534 *Dziatsko* 534
aud. esse *Nonius* 237 gnatam p 534-5 nu. et fi. *transp. Fleckeisen*
535 gn. tuo v tune *om. G*: tun *CPPEvη*

SI. ausculta pauca : et quid ego te velim et tu quod quaeris
 5 *CH.* ausculto : loquere quid velis. [scies.

SI. per te deōs oro et nostram amicitiam, Chreme,
 quae incepta a parvis cum aetate adcrevit simul,
 perque unicam gnatam tuam et gnatum meum, 540
 quoi(u)s tibi potestas summa servandi datur,
 10 ut me adiuves in hac re atque ita uti nuptiae
 fuerant futurae, fiant. *CH.* ah ne me obsecra :
 quasi hoc te orando a me impetrare oporteat.
 alium esse censes nunc me atque olim quom dabam ? 545
 si in remst utrique ut fiant, accersi iube ;
 15 sed si ex ea re plus malist quam commodi
 utrique, id oro te in commune ut consulas,
 quasi si illa tua sit Pamphilique ego sim pater.
SI. immo ita volo itaque postulo ut fiat, Chreme, 550
 neque postulem abs te ni ipsa res moneat. *CH.* quid est ?
 20 *SI.* irae sunt inter Glycerium et gnatum. *CH.* audio.
SI. ita magnae ut sperem posse avelli. *CH.* fabulae !
SI. profecto sic est. *CH.* sic hercle ut dicam tibi :
 amantium irae amoris integratiost. 555
SI. ēm id te oro ut ante eamu', dum tempus datur
 25 dumque ei(u)s lubido occlusast contumeliis,
 priu' quam harum scelera et lacrumae confictae dolis
 redducunt animum aegrotum ad misericordiam,
 uxorem demu'. spero consuetudine et 560
 coniugio liberali devinctum, Chreme,
 30 de(h)inc facile ex illis sese emersurum malis.

536 pauca p^1 *Don.* hic et ap. *Priscian.* ii. 281 ; 320 : -cas C^1P^1 : -cis
cell. et (*prius*) *secl. Spengel* ve. te *G* 537 quod *D* (ex quid),
Lη 538 per ego te *DLpEvη* 539 -everit *D* (i.e. -erit ; *recte* ?) 541
su. om. L 544 imp. a me γ 545 nu. a me p^2 546 re est Π^*
G (cf. *gl. II* si in re ' si utile est') 548 te oro Σ 549 *DLp* : si
om. Π^ cell.* sit tua *L* : t. s. filia *E* sum *D^1* 550 itaque $\Pi^*\Sigma$: atque
E 551 nisi *DGLEη^1* 553 fabula est p 556 hem *schol.*
C. D^2Gp^2 Evη 557 que *om. G* 559 -ant *schol. C, Ev* 562
D^1GLE : dein *cell.*

- CH.* tibi ita hoc videtur ; at ego non posse arbitror
neque illum hanc perpetuo habere neque me perpeti.
- 565 *SI.* qui scis ergo istuc, nisi periculum feceris ?
CH. at istuc periculum in filia fieri gravest.
SI. nempe incommoditas denique huc omnis redit 35
si eveniat, quod di prohibeant, discessio.
at si corrigitur, quot commoditates vide :
- 570 principio amico filium restitueris,
tibi generum firmum et filiae invenies virum.
CH. quid istic ? si ita istuc animum induxti esse utile, 40
nolo tibi ullum commodum in me claudier.
SI. merito te semper maxumi feci, Chreme.
- 575 *CH.* sed quid ais ? *SI.* quid ? *CH.* qui scis eos nunc
discordare inter se ?
SI. ipsu' mihi Davo', qui intumust eorum consiliis, dixit ;
et Is mihi persuadet nuptias quantum queam ut maturem. 45
num censes faceret, filium nisi sciret eadem haec velle ?
tute adeo iam eius audies verba. [heus] evocate huc
Davom.
580 atque eccum video ipsum foras exire.

DAVOS SIMO CHREMES iv

DA. Ad te ibam. *SI.* quidnamst ?

DA. quor uxor non accersitur ? iam advesperascit. *SI.* audin ?

ego dudum non nil veritu' sum, Dave, abs te ne faceres
idem

quod volgu' servorum solet, dolis ut me deluderet

566 gr. est fie. v 569 -getur *D²GLpv* (recte, cum at in *fine*
568 ?) : -geretur *E¹* 570 -tues *E* 572 -xisti (et -xti) *Don.* (?)
574 maxume *C* (e ex i), *P*, *schol.* *D*, *E¹vη* 575 sed qui ais *p*
agis *C¹v* 577 *schol.* *D*, *GEv* : suadet *CPLp* 579 ve. au.
Faernus . cum eius monosyll.) heus *om.* *D¹* voc. *G* heus voc.
mauvlt Kauer 580 ip. *om.* *γD²* 581 n. u. v iam] nam *p*
audin *Π** (ut *vid.*) : audin tu illum *Σ* 583 lud. *CP*

- 5 propterea quod amat filiūs. *DA.* egon istuc facerem?
SI. credidi,
 idque adeo metuens vos celavi quod nunc dicam. *DA.* 585
 quid? *SI.* scies;
 nam propemodum habeo iam fidem. *DA.* tandem cognosti
 qui siem?
SI. non fuerant nuptiae futurae. *DA.* quid? non? *SI.* sed
 ea gratia
 simulavi vos ut pertemptarem. *DA.* quid ais? *SI.* sic
 res est. *DA.* vide:
 10 numquam istuc quivi ego intellegere. vah consilium calli-
 dum!
SI. hoc audi: ut hinc te intro ire iussi, opportune hic fit mi 590
 obviam. *DA.* hem
 numnam perimu'? *SI.* narro huic quae tu dudum nar-
 rasti mihi.
DA. quidnam audio? *SI.* gnatam ut det oro vixque id
 exoro. *DA.* occidi. *SI.* hem
 quid dixti? *DA.* optume inquam factum. *SI.* nunc per
 hunc nullast mora.
 15 *CH.* domum modo ibo, ut adparetur dicam, atque huc re-
 nuntio.—
SI. nunc te oro, Dave, quoniam solu' mi effecisti has 595
 nuptias . . .
DA. ego vero solu'. *SI.* corrigerē mihi gnatum porro
 enitere.
DA. faciam hercle sedulo. *SI.* potes nunc, dum animus
 inritatus est.
DA. quiescas. *SI.* age igitur, ubi nunc est ipsu'? *DA.*
 mirum nī domist.

585 atque *E* celari η 586 *C¹P*: h. tibi iam *cell.* 588 ut
 pe. vos η tempt. *GL* agis *v* vide vide *v* 589 e. qu. *p*
 590 mihi fit *DGL* η: mihi *p* 592 audiam *Don.* ('Menander enim
 sic ait τί ποτ' ἀκούσθαι;') is gn. *GEv* η ut is det *L³* 594
CH.] *DA.* *G^p* (?), *E* (?), *schol.* *v* -entur *Σ* (*praeter p*) huic *E¹*
 ren. om. *C¹* 595 quom *L* 596 m. co. *edd.*

- SI.* ibo ad eum atque eâdem haec quae tibi dixi dicam 20
idem illi.—*DA.* nullu' sum.
- 600 quid causaest quin hinc in pistrinum recta proficiscar via?
nil est preci loci relictum : iam perturbavi omnia :
erum fefelli ; in nuptias conieci erilem filium ;
feci hodie ut fierent, insperante hoc atque invito Pamphilo.
ēm āstutias ! quod si quiessem, nil evenisset mali. 25
- 605 sed ēccum ipsum video : occidi. [darem !
utinam mi[hi] esset aliquid hic quo nunc me praecipitem

PAMPHILVS DAVOS

v

- PA.* Vbi illic[e]st scelu' qui perdidit me? *DA.* perii. *PA.*
atque hoc confiteor iure
mi obtigisse, quandoquidem tām iners, tam nulli consili sum.
servon fortunas meas me commisisse futtili !
- 610 ego pretium ob stultitiam fero : sed inultum numquam id
auferet.
DA. posthac incolumem sat scio [fore] me, nunc si devito 5
hoc malum.
PA. nam quid ego nunc dicam patri ? negabon velle me,
modo
qui sum pollicitu' ducere ? quā aūdacia id facere audeam ?
nec quid nunc me faciam scio. *DA.* nec mequidem, atque
id ago sedulo.

599 ti. qu. *Bentley* *C¹P Don.* ('pro item') : itidem *cest.* 602 fi. er.
DGL 604 hem Π^b *schol. C, schol. D, GLp³E, schol. v, η* -tia Π^bC²
P²D¹ (*schol.* 'vel astutias secundum Donatum'), *GLpEv²η* qui si *D*
inven. *D* 605 vi. ip. *p* 606 al. es. *Eη* de quo *G²*
(quando *G¹*), *Lp¹* pr. me *v* 607 ille *schol. L* scelus Π^b
me p. Π^bΣ : me perdit *Spengel* 608 obtigisse] obst. [Π^b nu.
co. 'una pars orationis' *Don.* nulli^{lms} Π^b : nullus *p* 610 ergo Π^b
CPDG¹Lv Serv. id. nu. Π^bΣ 611 Π^bΣ (*pler.*) : inc. me *Eη* : me inc.
Fleckeisen fore *om. v* : ante inc. *Kauer* (Π^b n.l.) Π^bγ : hoc nunc
si de. δ ma. sedulo *E* 612 nam] sed *G* negabo Π^b me
mo. ve. *E* 613 po. s. Π^bDL*p* aud. glossar. *Riccard.* 3607 :
fiducia Σ *Don.* (*ut vid.*) (Π^b n.l.) fa. id Π^bγ 614 de me *G, schol.*
L, Evη DL*p* (nu. de me *G*) *Priscian.* : me *om.* Π^b : me nunc *cest.*
nec qui]dem [Π^b (*ut vid.*) : nec quidem me *C¹P²* : ne q. de me *v*

- dicam aliquid me inventurum, ut huic malo aliquam produ- 615
ctem moram.
- 10 *PA.* oh! *DA.* visu' sum *PA.* eho dum, bone vir, quid
ais? vidēn me consiliis tuis
miserum inpeditum esse? *DA.* at iam expediam. *PA.*
expedies? *DA.* certe, Pamphile.
PA. nempe ut modo. *DA.* immo meliu' spero. *PA.* oh
tibi ego ut credam, furcifer?
tu rem inpeditam et perditam restituas? em quo fretu' sim,
qui me hodie ex tranquillissima re coniecisti in nuptias. 620
- 15 an non dixi esse hoc futurum? *DA.* dixti. *PA.* quid
meritu's? *DA.* crucem.
sed sine paullulum ad me redeam: iam aliquid dispiciam.
PA. ei mihi,
quom non habeo spatium ut de te sumam supplicium ut
volo!
namque hoc tempu' praecavere mihi me, haud tē ūlcisci
sinit.

ACTVS IV

i CHARINVS PAMPHILVS DAVOS

- CH.* Hoccinēst credibile aut memorabile, 625
tanta vecordia innata quoiquam ut siet
ut malis gaudeant atque ex incommodis
alterius sua ut comparent commoda? ah

615 me iam inv. *δυν*: iam me inv. Π^b (*tres litt. del. post iam*), *E* *Don.*
(*ut vid.*): producam Π^bΣ 616 oh Π^b: ohe Σ *PA.* ohe *om.* ρ¹:
in fine 615 *Pvη* eho tu ρ agis *DL*¹*pu* tuis cons. Π^bΣ 617
esse *om.* Π^b 618 ego *om.* *Lv* ut (*alt.*) *om.* Π^b 619 -ues *L*¹*E*
hem Π^b siem Π^bΣ 621 an] at *DL* Π^bΣ (*pler.*): dixisse futurum
Π^b¹ h. fu, esse *G*: e. f. h. *E* quod m. *L*: quid es m. *G* 622
redeam] ut redeam Π^b 623 cur non *G*² 624 mi. pr. me *G*² me
om. *E*¹ de te *GE*² 625 est *secl.* *Bentley* 626 cuiq. inn. *E*
627-8 Π^b*CP*¹: -eat . . . -ret *cell.*, *Don.* (*et -cant, -rent*)

- idnest verum? immo id est genus hominum pessimum in 5
 630 denegando modo quis pudor paullum adest;
 post ubi tempu' promissa iam perfici,
 tum coacti necessario se aperiunt,
 et timent et tamen res premit denegare;
 ibi tum eorum inpudentissima oratiost 10
 635 "quis tũ es? quis mihi es? quor meam tibi? heus
 proxumus sum egomet mihi."
 at tamen "ubi fides?" si roges,
 nil pudet hic, ubi opus [est]; illi ubi
 638^a nil opust, ibi verentur.

- sed quid agam? adeon ad eum et cũm eo iniuriam hanc 15
 expostulem?
 640 ingeram mala multa? atque aliqui' dicat "nil promoveris":
 multum: molestu' certe eĩ fuero atque animo morem
 gessero.
PA. Charine, et mē ēt tē Inprudens, nisi quid di respi-
 ciunt, perdidit.
CH. itane "inprudens"? tandem inventast causa: solvisti
 fidem.
PA. quid "tandem"? *CH.* etiamnunc me ducere istis 20
 dictis postulas?
 645 *PA.* quid istuc est? *CH.* postquam me amare dixi, con-
 placitast tibi.
 heu me miserum qui tuom animum ex animo spectavi meo!

629 idne est] id est Π^b pess. gen. (om. ho.) *Serv. auct. in Aen.*
 xii. 694: pess. ho. gen. *Fleckeisen* 630 pau. om. *CP*¹ 631 Π^b*C*¹
*P*¹ *Don.*: t. est (-pust) *zett.* 633 res cogit *P* (gloss. premit), *DL*: r.
 eos premit Π^b: r. premit (vel cogit) eos δ*E*η 634 inp. eo. η 635
 mea *E* 637 tamen Π^bΣ: *vix* tamendem (cum ubi) fi. est Π^b*DGL*
 (i.e. fidest?) 638 pudent *Bentley* ubi om. *L* est Π^bΣ illi *Don.*:
 illic Σ (Π^b n.l.) non verentur illic δ*E*υη illic ubi o. non est ibi ve.
G 639 *D*¹*Lp* *Priscian.* ii 194; 288: adeamne Π^b *zett.*, *Arusian.* 453
 ut cum eo *L*¹: et eo *L*² h. in. *Priscian.* (non *Arusian.*) 642
 respiciunt Π^bΣ (-iant *L*): prospiciunt *E gl. II* (recte?) 644 seduc.
schol. C, G, schol. v 645 est om. *v*¹ 646 miserae *G* qui Π^b
 Σ: cum *Don.* meo om. *v*¹

PA. falsus es. *CH.* non tibi sat esse hoc solidum visumst
 gaudium,
 nisi me lactasses amantem et falsa spe produceres?
 25 *habeas. PA.* habeam? ah nescis quantis in malis vorser
 miser
 quantasque hic sūis consiliis mihi conflavit sollicitudines 650
 meu' carnufex. *CH.* quid istuc tam mirumst de te si
 exemplum capit?
PA. haud istuc dicas, si cognoris vel me vel amorem meum.
CH. sciō: cum patre altercasti dudum et is nunc propterea
 30 suscenset nec te quivit hodie cogere illam ut duceres. [tibi
PA. immo etiam, quo tu minu' scis aerumnas meas, 655
 haec nuptiae non adparabantur mihi
 nec postulabat nunc quisquam uxorem dare.
CH. sciō: tu coactu' tuā voluntate es. *PA.* mane:
 35 nondum scis. *CH.* scio equidem illam ducturum esse te.
PA. quor me enicas? hoc audi: numquam destitit 660
 instare ut dicerem me ducturum patri;
 suadere orare usque adeo donec perpulit.
CH. quis homo istuc? *PA.* Davo' . . *CH.* Davos? *PA.*
 inturbat. *CH.* quān ōb rem? *PA.* nescio;
 40 nisi mihi dēos sati' scio fuisse iratos qui auscultaverim.
CH. factum hoc est, Dave? *DA.* factūm. *CH.* hem 665
 quid ais? scelus!
 at tibi di dignum factis exitium duint!
 eho dic mi, si omnes hunc coniectum in nuptias

647 es] est C¹ (*non Don.*) non Π^b: nonne Σ satis Π^bγρ esse
 om. Π^b (*duae litt. deletae*) sol. vis. est Π^bδ: vis. sol. est γ 650 que
 Π^bΣ (*pler.*): ve v (*recte?*) *Don.* (*et confecit!*): confecit Π^bΣ 653
 -casti Π^bΣ: -catu's (*et-casti Don (?) (non Priscian. i. 393)*) 655 tu
 minus] minus tu Π^b 656 haec *Don.*: hae Π^b (*ut vid.*), Σ 657 post.
 quisquam [nunc] Π^b dare Σ (*-i ex -e G*): ut ducerem Π^b 659 scis
 Π^bΣ (*pler.*): etiam sc. C 661 Π^b (*ut vid.*), ρ: me esse du. Σ
 (*praeter p*) 663 int. *etiam* Π^b *Don.* 664 Π^bγρ: fu. ir. sa. sc.
DGL qui ausc. Π^bCPDη: qui au. ei G: qui ei au. *LpEv* 665
 Π^b (*ut vid.*), Σ: est hoc P agis v¹ o sc. Π^bLρ

- inimici vellent, quod nisi hōc consilium darent ?
DA. deceptu' sum, at non defetigatus. *PA.* scio. 45
- 670 *DA.* hac non successit, alia adoriemur via :
 nisi si id putas, quia primo processit parum,
 non posse iam ad salutem convorti hoc malum.
PA. immo etiam ; nam sati' credo, si advigilaveris,
 ex unis geminas mihi conficies nuptias. 50
- 675 *DA.* ego, Pamphile, hoc tibi pro servitio debeo,
 conari manibu' pedibu' noctesque et dies,
 capitis periculum adire, dum prosim tibi ;
 tuōmst, siquid praeter spem evenit, mi ignoscere.
 parum succedit quod ago ; at facio sedulo. 55
- 680 vel meliu' tute reperi, me missum face.
PA. cupio : restitue in quem me accepisti locum.
- DA.* faciam. *PA.* at iām hōc opūst. *DA.* em . . sed
 manē ; concrepuit a Glycerio ostium.
PA. nil ad te. *DA.* quaero. *PA.* hem nuncin demum ?
DA. at iām hōc tibi inventum dabo.

MYSIS PAMPHILVS CHARINVS DAVOS ii

- MY.* Iam ubi ubi erit, inventum tibi curabo et mecum
 adductum
- 685 tuōm Pamphilum : modo tu, anime mi, noli te macerare.
PA. Mysis. *MY.* quis est ? (e)hēm Pamphile, optume mihi
 te offers. *PA.* quid (id) est ?
MY. orare iussit, si se ames, era, iām ut ād sese venias :

668 cons. hoc *Fleckeisen* 669 *PA. D¹L. : CII. cett.* 670 *Don. :*
 adgrediemur Σ via agg. *G* 671 si *p* : *om. cett.* primo *om.*
P¹ 672 hoc co. ma. δ 674 -cias *G* : efficies *D* 676 pedi-
 busque δ que *om. DL* 677 ad. per. δ 678 -niet *D¹p* :
 an -neit ? 679 at] aut *p¹, schol. v* 680 mel. tute aliud re.
CPD²GL²E η : tute mel. re. al. *p* : tute aliquid re. *v* 681 *G¹p* :
 quem in me *v* (*P¹ ?*) : quem a me *cett.* 682 *C¹P* : hem *cett.*
 a *Gl. Σ* (*gloss. in G $\nu\eta$*) : ab illac *Kauer* (*cum manē*) 685 tu
 modo Σ 686 quis] quid $\gamma G¹$ te m. *p* 687 sese] se *L*

5 videre tē ait cupere. *PA.* vah perii : hoc malum integrascit.
sicin mē atque illam opera tua nunc miseros sollicitari[er] !
nam idcirco accersor nuptias quod mi adparari sensit. 690

CH. quibu' quidē quam facile potuerat quiesci, si hic
quiesset !

DA. age, si hic non insanit satis suā sponte, instiga. *MY.*
atque edepol

10 ea res est, proptereaque nunc misera in maerorest. *PA.*
Mysis,

per ōmnis tibi adiuro deos numquam eā me deserturum,
non si capiundō mihi sciam esse inimicos omnis homines. 695
hanc mi expetivi : contigit ; conveniunt mores : valeant
qui inter nos discidium volunt : hanc nisi mors mi adimet
nemo.

15 *MY.* respisco. *PA.* non Apollinis mage verum atque hoc
responsumst.

si poterit fieri ut ne pater per me stetisse credat
quo minus haec fierent nuptiae, volo ; sed si id non poterit, 700
id faciam, in proclivi quod est, per me stetisse ut credat.
quis videor ? *CH.* miser, aequae atque ego. *DA.* consilium
quaero. *PA.* forti's !

20 sciō quid conere. *DA.* hoc ego tibi profecto effectum
reddam.

PA. iām hōc opus est. *DA.* quin iam habeo. *CH.* quid
est ? *DA.* huic, non tibi habeo, ne erres.

CH. sat habeo. *PA.* quid facies ? cedo. *DA.* dies [hic] 705
mi ut sati' sit vereor

ad agendum : ne vacuom esse me nunc ad narrandum credas :
proinde hinc vos amolimini ; nam mi impedimento estis.

688 *DGL* : ait te *cell.* vaha *L* : hem *v*¹ 690 app. mihi *L*
691 hic *ex hoc D* 694 p. o. t. a. *etiam Arusian.* 450 iuro *v*²
695 scio *Nonius* 252 esse *om. L* 697 admit *G* 698 at.]
quam *p* 699 potuerit *CGv* 700 hae *C²DGLEv* potuerit
Gv 701 -ve *C¹Ev* per *om. C¹* 702 qu. tibi vi. *Priscian.*
ii. 137 videar *G* vel -tis 704 immo iam h. op. est *p*
705 hic *superscr. D¹* : om. *G* 706 nunc me *γ*

- PA.* ego hanc visam.—*DA.* quid tu ? quod hinc te agis ? 25
CH. verum vis dicam ? *DA.* immo etiam :
narrationis incipit mi initium. *CH.* quid me fiet ?
710 *DA.* eho tu inprudens, non satis habes quod tibi dieculam
addo,
quantum huic promoveo nuptias ? *CH.* Dave, at tamen . .
DA. quid ergo ?
CH. ut ducam. *DA.* ridiculum. *CH.* huc face ad me
[ut] venias, siquid poteris.
DA. quid veniam ? nil habeo. *CH.* at tamen, siquid. 30
DA. age veniam. *CH.* siquid,
domi ero.—*DA.* tu, Mysis, dum exeo, parumper me op-
perire hic.
715 *MY.* quapropter ? *DA.* ita factost opus. *MY.* matura.
DA. iam Inquam hic adero.

MYSIS DAVOS

iii

- MY.* Nilne esse proprium quoiquam ! di vostram fidem !
summum bonum esse erae putabam hunc Pamphilum,
amicum, amatorem, virum in quovis loco
paratum ; verum ex eo nunc misera quem capit
720 laborem ! facile hic plus malist quam illic boni. 5
sed Davos exit. mi homo, quid istuc obsecrost ?
quo portas puerum ? *DA.* Mysis, nunc opus est tua
mihi ad hanc rem exprompta memoria atque astutia.

709 mihi inc. ini. *DGE* : mihi ini. inc. *L* fiat *Priscian.* ii. 336
710 sa. non *p*² tibi *om.* *p* 711 ut ta. *schol.* *D, E* 712 ut (*alt.*)
om. *CP* ut ad me *Priscian.* ii. 237 713 siq. erit *L* age
ego ve. *schol.* *C, DGLEv* : ego ve. *p* *CH.* (*alt.*) ante 714 *Spengel*
714 parum *p*¹ op. me hic γ : me op. hic me *p* me *secl.* *Beniley*
715 fa. opus est Σ 716 qu. pr. *Serv. auct. ad Aen.* i. 73 (*non Don.*
ad 960 infra) 717 δ : putavi *cell.* 719 ve. *om.* *G* mi.
nunc *E* 720 dolorem δ *Don.* (*superscr. schol.* *D* 'vel laborem
secundum Donatum') 721 *exi p* est ob. *G* : obs. mali est
schol. *P* : mali est *Don.* 722 nova scaena *Don.* 723 mem.
schol. *P* (*in ras.*), *D¹GLpE¹* (*gloss. in GLp milicia*), *Don.* : militia *schol.*
C, schol. *E* : militia *C¹D²*

- MY.* quidnam incepturu's? *DA.* accipe a me hunc ocius
 10 atque ante nostram ianuam adpone. *MY.* obsecro, 725
 humine? *DA.* ex ara hinc sume verbenas tibi
 atque eās substerne. *MY.* quā̄m ōb rem id tute non facis?
DA. quia, si forte opu' sit ad erum iurandum mihi
 non adposisse, ut liquido possim. *MY.* intellego:
 15 nova nunc religio in te istaec incessit. cedo! 730
DA. move ocius te, ut quid agam porro intellegas.
 pro Iuppiter! *MY.* quid est? *DA.* sponsae pater inter-
 venit.
 repudio quod consilium primum intenderam.
MY. nesciō quid narres. *DA.* ego quoque hinc ab dextera
 20 venire me adsimulabo: tū ūt subservias 735
 orationi, ut quomque opu' sit, verbis vide.
MY. ego quid agas nil intellego; sed siquid est
 quod mea opera opu' sit vobis, [a]ut tu plus vides,
 manebo, nequod vostrum remorer commodum.

iv CHREMES MYSIS DAVOS

- CH.* Revortor, postquam quae opu' fuere ad nuptias 740
 gnatae paravi, ut iubeam accersi. sed quid hoc?
 puer herclest. mulier, tun posisti hunc? *MY.* ubi illic est?
CH. non mihi respondes? *MY.* nusquam est. vae mi-
 serae mihi!
 5 reliquit mē homo atque abiit. *DA.* di vostram fidem,
 quid turbaest apūd forum! quid illi hominum litigant! 745
 tum annona carast. (quid dicam aliud nescio.)

726 sume hinc δ 728 fit G: om. L¹ ad eum D¹L iur.
Don: iusiur. Σ: iurato *Bentley*: iurandumst *Fairclough* 729 non]
 pro quam non D¹ apposuisse Σ 730 no. om. G in *eras*. G
 733 co. q. p 734 quod v me hinc E 735 me om. E ut
 tu G 738 fit E ut *Guyet* 739 quod om. C 742
 tun posuisti γp: tun apposuisti DGL hunc] illum v 743 hem
 nusq. *schol. C*, DGLEv 745 qu. tu. ap. fo. etiam *Priscian.* ii. 187
 quid (*alt.*) quot *schol. C* illi *Priscian.*: illic Σ -gat D¹pE
Don., *Priscian.* (*recte*!)

- MY.* quor tu obsecro hic me solam? *DA.* hem quae haec
est fabula?
eho Mysis, puer hic undest? quisve huc attulit?
MY. sat in sanu's qui me id rogites? *DA.* quem ego 10
igitur rogem
750 qui hic neinim alium videam? *CH.* miror unde sit.
DA. dictura es quod rogo? *MY.* au! *DA.* concede ad
dexteram.
MY. deliras: non tute ipse...? *DA.* verbum si mihi
unum praeter quam quod te rogō faxis: cave!
male dicis? undest? dic clare. *MY.* a nobis. *DA.* hahae! 15
765 mirum vero inpudenter mulier si facit
meretrix! *CH.* ab Andriast [ancilla] haec, quantum in-
tellego.
DA. adeon videmur vobis esse idonei
in quibu' sic inludati'? *CH.* veni in tempore.
DA. propera adeo puerum tollere hinc ab ianua. 20
760 mane: cavē quoquam ex istoc excessis loco!
MY. di te eradicent! ita me miseram territas.
DA. tibi ego dico an non? *MY.* quid vis? *DA.* at
etiam rogas?
cedo, quonium puerum hic adposisti? dic mihi.
MY. tu nescis? *DA.* mitte id quod scio: dic quod rogo. 25
765 *MY.* vostri. *DA.* quoi(u)s nostri? *MY.* Pamphili.
DA. hem quid? Pamphili?
MY. eho an non est? *CH.* recte ego has semper fugi
nuptias.
DA. o facinus animadvortendum! *MY.* quid clamitas?

747 est *om. p* 749 qui] quid *G¹L¹* 751 -uran (-ane)
CP¹D¹ (n exp.), *GLEv Priscian.* ii. 74 752 tute attulisti (*om. ip.*) v
753 ullum *L* *p*: praeterea quam *cett.* (qu. *om. G*) 754 *Don.*:
MY. ma. di. *DA.* un. *z* (cf. *Don.*; de *Engr. non liquet*) 755 mul.
om. p faciat *G* 756 mer. *secl. Spengel* (gloss. ad mul. *!*) *anc.*
secl. Paumier 762 di. ego *δ* 763 cuius *Priscian.* ii. 174
-sisti *p¹*: -suisi *cett.* 764 omite *L* 765 *CH.* hem *Fleckeisen*
766 *DGL*: sem. f. has *cett.* (se. ego *C*) 767 *om. D¹L¹* (*propter*
homoeotel. *!*)

- DA.* quemne ego heri vidi ad vos adferri vesperi ?
 30 *MY.* ò hominem audacem ! *DA.* verum : vidi Cantharam
 suffarcinatam. *MY.* dis pol habeo gratiam 770
 quom in pariundo aliquot adfuerunt liberae.
DA. nē illa illum haud novit quoiu' causa haec incipit :
 "Chremes si positum puerum ante aedis viderit,
 35 sūam gnatam non dabit" : tanto hercle mage dabit.
CH. non hercle faciet. *DA.* nunc adeo, ut tu sis sciens, 775
 nisi puerum tolli' iām ego hunc in mediam viam
 provolvam teque ibidem pervolvam in luto.
MY. tu pol homo non es sobrius. *DA.* fallacia
 40 alia aliam trudit : iam susurrari audio
 civem Atticam esse hanc. *CH.* hem. *DA.* "coactus legibus 780
 eam ūxorem ducet." *MY.* aũ òbsecro, an non civis est ?
CH. iocularium in malum insciens paene incidi.
DA. quis hīc loquitur ? o Chreme, per tempus advenis :
 45 auscultā. *CH.* audivi iam omnia. *DA.* an(ne) haec tu
 omnia ?
CH. audivi, inquam, a principio. *DA.* audistin, obsecro ? 785
 hem
 scelera ! hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi.
 hic ēst ille : non te credas Davom ludere.
MY. me miseram ! nil pol falsi dixi, mi senex.
 50 *CH.* novi omnem rem. est Simo intus ? *DA.* est.—
MY. ne me atti[n]gas,
 sceleste. si pol Glycerio non omnia haec . . 790

768 vi. he. *CPv* (non *Priscian.* ii. 64 ; 72) ferri *E* : def. v
 770 gratias γ*G* 771 quod in δ 772 quoius (cu-) *etiam*
Priscian. ii. 84 hoc inc. *schol. C, D²GpEv* 773 δ : pu. pos. γ
 774 da. ma. *DGL* 776 hunc ego *p* 779 iam *om. L* 781
 eho *Σ* (*schol. D* aliter "au" secundum Donatum') : *om. p* 782 -are
Eugr. 784 iam *om. γ* an tu haec *G* : ah (!) nec *vel* ah (!)
 ne (*etiam* tu !) *Don.* : aha necdum *DL* : necdum *p* 786 in *om.*
G²L²E hinc *om. C¹PL²* hi. cr. *E* 787 *hic versus primus*
erat tertii quinionis cod. Bemb. (A), sed usque ad v. 888 primae tantum
vel ultimae litterae servatae sunt non ! ne *Priscian.* ii. 206 credes
PDL 789 rem sed est *P²L²pE, schol. v* 790 h. omn. *L*

DA. eho inepta, nescis quid sit actum? *MY.* qui sciam?
DA. hic socer est. alio pacto haud poterat fieri
 ut sciret haec quae voluimus. *MY.* praediceres.
DA. paullum interesse censes ex animo omnia, 55
 795 ut fert natura, facias an de industria?

CRITO MYSIS DAVOS v

CR. In hac habitasse platea dictumst Chrysidem,
 quae sese inhoneste optavit parere hic ditias
 potius quam honeste in patria pauper viveret:
 ei(u)s morte ea ad me lege redierunt bona.
 800 sed quos perconter video: salvete. *MY.* obsecro, 5
 quem video? estne hic Crito sobrinu' Chrysidis?
 is est. *CR.* o Mysis, salve! *MY.* salvo' sis, Crito.
CR. itan Chrysis? hem. *MY.* nos quidē pol miserās
 perdidit.
CR. quid vos? quo pacto hic? satine recte? *MY.* nosne?
 sic
 805 ut quimus, aiunt, quando ut volumu' non licet. 10
CR. quid Glycerium? iam hīc sūōs parentis repperit?
MY. utinam! *CR.* an nondum etiam? haud auspicato
 huc me appuli;
 nam pol, si id scissem, numquam huc tetulissem pedem.
 semper ēiu' dictast esse haec atque habitast soror;
 810 quae illi(u)s fuere possidet: nunc me hospitem 15

793 *p¹v*: -umus *cell.* hem pr. *GE* 797 divit. Σ 798 *Gramm.*:
 in pa. ho. Σ vivere *δEv Gramm.* 799 ea om. *LP* 801 quid
 vi. *DL¹p* (*recte*?) 802 is est Crito *CDL¹* (*cf. schol. P* 'vetustus
 habet Crito' *not. Tiron.*): id est *p* 803 *MY.* ante hem *GL*
 804-53 om. *C¹P^a* (*suppl. a schol. C post 861; in P manu saec. x,*
i. e. P³, cum Eun. prol. 1-30, post 866) 804 sic om. *schol. C,*
P³GLEv: post sic *dist. Don.* 805 quando om. *schol. C: eras. L*
 807 hucne me *v* attuli *Priscian. ii. 68* 808 tet. huc *D¹GL*: huc
 tul. *p³* 809 *D¹L¹p* *Don. in Ad. 48*: sem. dicta e. *G*: sem. enim
 d. *cell.* esse om. *D¹Lp* 810 -re *P³DGp*: -runt *cell.* nunc]
 tum *Don. in Hec. 647* hospite *AG*

litis sequi quā̄m Id mihi sit facile atque utile
 aliorum exempla commonent. simul arbitror
 iam aliquem esse amicum et defensorem eī ; nam fere
 grandi[us]cula iam profectast illinc : clamitent
 20 me sycophantam, hereditatem persequi 815
 mendicum. tum ipsam despoliare non lubet.
 MY. ō optume hospes ! pol, Crito, antiquom obtines.
 CR. duc me ad eam, quando huc veni, ut videam. MY.
 maxume.
 DA. sequār hos : nolo me in tempore hoc videat senex.

ACTVS V

i

CHREMES SIMO

CH. Sati' iam sati', Simo, spectata erga te amicitias mea ; 820
 sati' pericli incepti adire : orandi iam finem face.
 dum studeo obsequi tibi, paene inlusi vitam filiae.
 SI. immo enī̄m nunc quom maxume abs te postulo atque
 oro, Chreme,
 5 ut beneficium verbis inimum dudum nunc re comprobes.
 CH. vidē quam iniquo' sis prae studio : dū̄m id efficias 825
 quod lubet,
 neque modum benignitati' neque quid me ores cogitas ;
 nam si cogites remittas iam me onerare iniuriis.
 SI. quibus? CH. at rogitas? perpulistis me ut homini
 adolescentulo
 10 in alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria,

811 id *L*¹*E*¹ *Don. in Hec. 647* : hic *cell.* 813 es. al. *F*⁸*L*^p
 et} ac *F*⁸*p* *p*² : eius *cell.* 814 -dic- *gl. I (non Cledonius*
 68) illi *G*² : an illim? 816 disp. *F*⁸*p* licet *schol. C, P*⁸, *schol.*
*D, L*²*p*²*E*¹*v* 817 o *om. schol. C, P*⁸*GLpE* pol. Cr. *etiam Don.*
in Eun. 1066 818 et qu. *G* 819 hoc *om. F*⁸ 820 est am.
m. E 822 in vitam *P*³*p*¹ *Arusian. 480 (?)* 823 quam Σ oro
 a. post. Σ 824 ve. *om. schol. C, E* 825 vides *schol. C, P*⁸, *schol.*
*D, GE*¹*v* -ies *schol. C, DEv* lu. *Don. : cupis Σ Priscian. ii. 50 :*
 'vel "velis" legitur et "quod iubet [*scil.* lubet]' secundum Donatum'
schol. D 827 -ttes *schol. C* me iam *P*⁸

- 830 filiam ut darem in seditionem atque in incertis nuptias,
 eiu' labore atque eiu' dolore gnato ut medicarer tuo.
 impetrasti: incepti, dum res tetulit. nunc non fert: feras.
 illam hinc civem esse aiunt; puer est natu': nos missos face.
SI. per ego te deos oro, ut ne illis animum inducas credere, 15
 835 quibus id maxime utilest illum esse quam deterrumum.
 nuptiarum gratia haec sunt ficta atque incepta omnia.
 ubi ea causa quam ob rem haec faciunt erit adempta his,
 desinent.
CH. erras: cum Davo egomet vidi iurgantem ancillam.
SI. scio. *CH.* at
 vero voltu, quom ibi me adesse neuter tum praesenserant. 20
 840 *SI.* credo et id facturas Davo' dudum praedixit mihi; et
 nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac volui, dicere.

DAVOS CHREMES SIMO DROMO ii

DA. Animo nunciam otioso esse impero. *CH.* em Davom
 tibi!

SI. unde egreditur? *DA.* meo praesidio atque hospiti'.
SI. quid illud malist?

DA. ego commodiorem hominem adventum tempu' non
 vidi. *SI.* scelus,

845 quemnam hic laudat? *DA.* omni' res est iam in vado.
SI. cesso adloqui?

DA. erus est: quid agam? *SI.* o salve, bone vir. *DA.* 5
 ehem Simo, o noster Chreme,

830 ut *del. L*³ in (*alt.*) *om. D*¹ *pu*¹ 832 imperasti *D*¹ *G*¹ dum
 recte tulit *schol. C, schol. D, E*¹: dum res recte tulit *L*: dum res te
 intulit *G*: dum res tulit *v*³ 833 na. est *G*¹ 836 facta *D*¹ *L*
 837 iis *D*: eis *p* (*i. e. ls*; *recte* ?): *secl. Kauer* 838 at initio 839
Iov. S: *om. (?) A* 839 praesenserant *Don. (teste schol. D* 'aliter
 "nt" secundum Donatum'): -rat *S* (-ram *D*) (*cf. Plant. Men. 785*)
 tum eras. *L* 840 id] hoc *G*² et (*alt.*) initio 841 *S* (= *PDGL*)
 (*non A*) 841 quid etiam *Don.* sum obl. ti. *Lv* ac etiam
Don. 842 iam nunc *DGL* esse o. *L* -sos *p*² ti. *Da. G*
 843 pr.] studio *Priscian. ii. 169* 844 hominis *schol. G* adventus
schol. C 845 -det *DL* 846 o (*prims*) *om. schol. C, P²GEv*

- omnia adparata iam sunt intū'. *SI.* curasti probe.
DA. ubi voles accerse. *SI.* bene sane ; id enimvero hinc
nunc abest.
etiam tu hoc respondes quid istic tibi negotist? *DA.*
mihin? *SI.* ita.
DA. mihin? *SI.* tibi ergo. *DA.* modō introii. *SI.* 850
quasi ego quam dudum rogem.
10 *DA.* cum tuō gnato una. *SI.* anne est intū' Pamphilu'?
crucior miser!
eho non tu dixisti esse inter eos inimicitias, carnufex?
DA. sunt. *SI.* quor igitur hic est? *CH.* quid illum
censes? cū illa litigat.
DA. Immō vero indignum, Chreme, iam facinur' faxo ex me
audies.
nescioquis senex modo venit, illum, confidens catus: 855
15 quom faciem videas, videtur esse quantivis preti:
tristi' severitas inest in voltu atque in verbis fides.
SI. quidnam adportat? *DA.* nil equidem nisi quod
illum audivi dicere.
SI. quid ait tandem? *DA.* Glycerium se scire civem esse
Atticam. *SI.* hem
Dromō, Dromo. *DA.* quid est? *SI.* Dromo. *DA.* audi. 860
SI. verbum si addideris . . ! Dromo.
20 *DA.* audi obsecro. *DR.* quid vis? *SI.* sublimem intro
rape hunc, quantum potest.

847 sunt iam *schol. C, E* iam *om. P^s* *SI.] CH. GLpEv*
848 -rsem *L* id] is *P^s* hic *G¹* 849 *Don. ad Ad. 550: -de*
Σ *Serv. auct. ad Aen. xi. 373* 850 id ro. *P^s* 851 tuo *om.*
G una om. v 852 *P^sp: -tin cell.* 853 est hic *G* qui
il. *p* 854 ind. fac. *Chr. (om. iam) E* -ias *CPGL* 855 -qui
G 856 f. eius *G* 857 sev. *etiam Serv. ad Aen. x. 612, Geo. iii.*
37: veritas *C¹P¹p¹ Don. ad Eun. 839* est in *G* 858 -tat *p¹: -tas*
cell. 859 Att. esse *v* 861 -men *Fleckeisen* *CP: hu. ra. cell.*
versus (dissectus) exit in rape A

DR. quem? *SI.* Davom. *DA.* quā̄m ḡb rem? *SI.* quia
lubet. rape inquam. *DA.* quid feci? *SI.* rape.
DA. si quicquam invenies me mentitum, occidito. *SI.* nil
audio.

DR. ego iam te commotum reddam. *DA.* tamen etsi
hoc verumst? *SI.* tamen.

865 cura adservandum vinctum, atque audin? quadrupedem
constringito.

age nunciam : ego pol hodie, si vivo, tibi 25
ostendam erum quid sit pericli fallere,
et illi patrem. *CH.* ah ne saevi tanto opere. *SI.* o
Chreme,

pietatem gnati! nonne te miseret mei?
870 tantum laborem capere ob talem filium!
age Pamphile, exi Pamphile : ecquid te pudet? 30

P A M P H I L V S S I M O C H R E M E S iiii

PA. Quis me volt? perii, pater est. *SI.* quid ais, omnium
. .? *CH.* ah

rem potius ipsam dic ac mitte male loqui.

SI. quasi quicquam in hunc iam graviu' dici possiet.

875 aīn tandem, civi' Glyceriumst? *PA.* ita praedicant.

SI. "ita praedicant"? ḡ Ingentem confidentiam! 5

num cogitat quid dicat? num facti piget?

vidē num ei(u)s color pudori' signum usquam indicat.

862 *DA.* (*prius*)] *DR.* *L²E* 863 *SI.*] *DR.* *C²P* (*schol. not.*
Tiron. 'vetustus habet SIM.'), *GL, schol. p, E²* 864 *DR.* *C¹*
(*schol. P not. Tiron.* 'vetustus habet DRO.'): *SI.* *C²Pp²E²* ego
om. P te iam *GL, schol. p* (*p¹ om. iam*), *Ev* tam etsi *G* *SI.*] *lic*
CH. *C¹* 865 tu cura *GL²pEv* 866 iam *om. L¹* *lic*
sequuntur 804-853 *et Eun. prol. 1-30 in P* 868 o *om. Ev¹* 869
nonne *etiam Priscian. i. 288: non Don. ad Hec. 223* 874 iam
superscr. P¹: om. L gr. iam *v* 877 pudet *schol. C, G* (*gloss.*
piget), *Lp, schol. v* 878 co. *etiam Don. ad Ad. 643; vultus schol*
luv. xiii. 77

- adeo[n] inpotenti esse animo ut praeter civium
morem atque legem et sūi voluntatem patris 880
- 10 tamen hanc habere studeat cum summo probro!
PA. me miserum! *SI.* hem modōne id demum sensi,
Pamphile?
olim istuc, olim quom ita animum inducti tuom,
quod cuperes aliquo pacto efficiendum tibi,
ēodem die istuc verbum vere in te accidit. 885
- 15 sed quid ego? quor me excrucio? quor me macero?
quor meām senēctutem huius sollicito amentia?
an ūt pro hui(u)s peccatis ego supplicium sufferam?
immo habeat, valeat, vivat cūm illa. *PA.* mi pater!
SI. quid "mi pater"? quasi tū hūius indigeas patris. 890
- 20 domus uxor liberi inventi invito patre;
adducti qui illam hinc civem dicant: viceris.
PA. pater, licetne pauca? *SI.* quid dices mihi? *CH.* at
tamen, Simo, audi. *SI.* ego audiam? quid audiam,
Chremē? *CH.* at tandem dicat. *SI.* age dicat, sino. 895
- 25 *PA.* ego me amare hanc fateor; si id peccarest, fateor id
quoque.
tibi, pater, me dedo: quidvis oneris impone, impera.
vis me uxorem ducere? hanc vis [a]mittere? ut potero
feram.
hoc modo te obsecro, ut ne credas a me adlegatum hunc
senem:

881 hanc *om.* *P* cupiat *C¹FG²E¹v* 882 hem *om.* *C¹P¹p¹*
sensisti *Σ* 883 -mam *G* 884 quo *schol.* *v* 885 eo.
d.] nuncine demum *Priscian.* ii. 102 verum in te *p*: in te vere *G*
886 cur me autem excr. *GLp* autem (aut *L*) cur me mac. *GL*
888 *incipit codex Bembinus* (*A*) an peccato (*cum* pro hui?)
892 ci. hinc *Σ* 893 dicit *L* 893-4 at tamen *G*: et tamen
v: tamen *cell.* 894 quid ego au. *A²Σ* 895 -mes *A* tamen
GLpEv: tandem *cell.*: an tamendem? sino *om.* *A* di. sine *A²Σ*
(*praeter G* sine di.) 897 quodvis *Iov.* 898 hanc am. (*om.*
vis) *Kauer* 899 a me cr. *Eutyech.* 475

900 sine me expurgem atque illum huc coram adducam. *SI.* ad-
ducas? *PA.* sine, pater.

CH. aequom postulat: da veniam. *PA.* sine te hoc exo- 30
rem. *SI.* sino.

quidvis cupio dum ne ab hoc me falli comperiar, Chreme.

CH. pro peccato magno paullum supplici satis est patri.

CRITO CHREMES SIMO PAMPHILEVS IV

CR. Mitte orare. una harum quaevis causa me ut faciam
monet,

905 vel tu vel quod verumst vel quod ipsi cupio Glycerio.

CH. Andrium ego Critonem video? certe is est. *CR.*
salvo' sis, Chreme.

CH. quid tu Athenas insolens? *CR.* evenit. sed hicinest
Simo?

CH. hic. *CR.* Simo . . . *SI.* men quaeris? eho tu, Glyce- 5
rium hinc civem esse ais?

CR. tu negas? *SI.* itane huc paratus advenis? *CR.* qua
re? *SI.* rogas?

910 tune inpune haec facias? tune hic homines adulescentulos
inperitos rerum, eductos libere, in fraudem inlicis?

sollicitando et pollicitando eorum animos lactas? *CR.* sa-
nun es?

SI. ac meretricios amores nuptiis conglutinas? 10

PA. perii, metuo ut substet hospes. *CH.* si, Simo, hunc
noris satis,

915 non ita arbitrere: bonus est hic vir. *SI.* hic vir sit bonus?

901 hoc *om.* Σ sino permitto *L* 902 dum ad hoc me *G*
906 vi. *Cr.* *D* et ce. *p* is est *om.* p^1 (*recte?*) 907 hicine
om. G^1 908 *CH.* hic *SI.* men qu Σ (*praeter C¹P¹*) hic] sic D^2
tu *om.* p ci. hinc *D* (*ex hunc*), *GLp*: tunc ci. C^1 909 q. de
re Σ (*praeter C¹P¹p*) 910 hic *om.* p^1 912 *P Don.* (*cf. schol. D*
'aliter "iactas" secundum Donatum'): . . ans *A* (*prior versus pars*
n. l.): iactas *cell.* sanusne ω : sanus *Kauer* 913 ac *om.* p
914 substes D^1 : subsistat *p gl. II ut vid.* 915 -are *CPV* (\dagger)
sit vir δ

- itane adtemperate evenit, hodie in ipsis nuptiis
 ut veniret, ant(e)hac numquam? est vero huic credendum,
 Chreme.
- 15 *PA.* ni metuam patrem, habeo pro illa re illum quod
 moneam probe.
SI. sycophanta. *CR.* hem. *CH.* sic, Crito, est hic: mitte.
CR. videat qui siet.
- si mihi perget quae volt dicere, ea quae non volt audiet. 920
 ego istaec moveo aut curo? non tu tuum malum aequo animo
 feras!
 nam ego quae dico vera an falsa audierim iam sciri potest.
- 20 Atticus quidam olim navi fracta ad Andrum eiectus est
 et istaec una parva virgo. tum ille egens forte adplicat
 primum ad Chrysidis patrem se. *SI.* fabulam inceptat. 925
CH. sine.
CR. itane vero obturbat? *CH.* perge. *CR.* tum—is
 mihi cognatus fuit
 qui eum recepit. ibi ego audivi ex illo sese esse Atticum.
- 25 is ibi mortuost. *CH.* ei(u)s nomen? *CR.* nomen tam
 cito? Phania? hem
- perii! verum hercle opinor fuisse Phaniam; hoc certo
 scio,
 Rhamnusium se aiebat esse. *CH.* o Iuppiter! *CR.* eadem 930
 haec, Chreme,

916 ita *CP* venit *AD¹GLV²*; veni *p¹* 917 ante *A* (*tres*
litteras superscr. man. 2) 918 quod illum γ 919 sic] si
DG¹L¹pV 920 bis scriptus in *A* (*alterum uncis secl. Iov.*) -git *p*
 921 moneo *AE¹v¹* (?) tu *om. E* *A*: feres Σ 922 ego *om. CP*
 923 apud γG *Priscian.* i. 344 926 *CH. A\S*: *SI. p^b* *A\P^b\Sigma*
 (*pler.*): is *om. GV* perge tu. *CR.* is *Bentley* 927 ubi e. *v¹* ego
A\P^b\Sigma (*pler.*): ergo *DL¹* *A\P^bGLV*: se civem e. *Att. Dp*: sese
Att. e. \gamma 928 ibi *om. p* cito *P^b*: cito tibi *A\S* (*t. deleverat Bentley*)
Phania etiam Iov., Don. 928-9 cito . . . *per. sine notis A*: *PA.*
Phan. SI. hem PA. per. Iov. Phan. Critoni contin. P^bDon. SI. hem
Don. (P^b n.l.): CH. hem \Sigma SI. per. P¹ (Chremeli continent cett. \Sigma):
PA. per. vel CH. per. Don.: pers. notam habuit P^b CR. verum A\P^b\Sigma
 929 certe *P^bGV* 930 o etiam *P^b*: *om. p*

- multi alii in Andro tum audi[ve]re. *CH.* utinam id sit quod spero! eho dic mihi,
 quid eam tum? suãmne esse aibat? *CR.* non. *CH.* quoniam igitur? *CR.* fratri? filiam.
CH. certe meast. *CR.* quid ais? *SI.* quid tũ ais? *PA.* 30
 arrige auris, Pamphile!
SI. qui credi? *CH.* Phania illic frater meu' fuit. *SI.*
 noram et scio. [proficiscitur:
 935 *CH.* is bellum hinc fugiens meque in Asiam persequens
 tum illam relinquere hic est veritus.† postilla nunc primum
 audio [commotust metu
 quid illo sit factum. *PA.* vix sum apud me: ita animu'
 spe gaudio, mirando tanto tam repentino hoc bono. 35
SI. nẽ istam multimodis tuãm inveniri gaudeo. *PA.* credo,
 pater. [*PA.* dignus es
 940 *CH.* at mi unu' scrupulus etiam restat qui me male habet.
 cum tuã religione, odium; nodum in scirpo quaeri'. *CR.*
 quid istuc est?
CH. nomen non convenit. *CR.* fuit hercle huic aliud
 parvae. *CH.* quod, Crito?
 numquid meministi? *CR.* id quaero. *PA.* egon huiu' 40
 memoriam patiar meae [mihi?
 volũptati obstare, quõm ego possim in hac re medicari

931 Π^b *n.l.* (*praeter* -ndro tu-) tum *an* eum *incert.* *A* audiere
DGpV ut id sit (*cum* audivere) *Kauer* eho *om.* *AD*¹ 932
 tum *om.* *p* (Π^b *n.l.*) 933 *CR.* quid ais *om.* Π^b *CR.* . . *SI.* (*SI.* *etiam*
 Π^b); *SI.* . . *PA.* *A* *PA.* $A\Pi^b\Sigma$: vel *SI.* *Don.* 934 *post* 935
D¹G¹V *SI.*] *CR.* *P*¹ (Π^b *n.l.*) quid *A*: qui id *Fleckeisen* (Π^b *n.l.*)
A: ille $\Pi^b\Sigma$ 935 *hi.* *be.* Σ (Π^b *n.l.*) tum fug. *DGLV* (Π^b *n.l.*)
 persequens: sequens Π^b 936 *posilla* *A* (*corr.* *Iov.*): *inter*
veritus *et* *illa* *sex* *litt.* Π^b (*ultima* *non* *t.*, *fort.* *c* *vel* *s*) *an* *delend.* *nunc*?
 (*hab.* *vid.* *etiam* Π^b) 937 -tust] -tus Π^b 938 *tantum* *A* (*corr.* *Iov.*)
 hoc tanto *t.* *r.* *b.* γp : tanto hoc *t.* *r.* *b.* Π^b *DGLV* 939 *ne*] *sane*
C²P²D¹GV²Ev (Π^b *n.l.*) *A*: multis *m.* $\Pi^b\Sigma$ $A\Sigma$: *inv.* *tuam* Π^b -ire
A: -ir. Π^b 940 $A\Pi^b\Sigma$: *an* *scrupulum*? 941 *odio* *C²P²D¹GL²pVEv*
 (Π^b *n.l.*) $A\Pi^b\Sigma$: *istud* *edd.* 942 *aliquid* Π^b 943 $A\Pi^b\Sigma$: *eius* *p*
 944 *egomet* $\Pi^b\delta E$

- heus, Chreme, quod quaeri', Pasibulast. *CH.* ipsa 945
 (ea)st. *CR.* east. [Chreme,
PA. ex ipsa miliens audivi. *SI.* omnis nos gaudere hoc,
 te credo credere. *CH.* ita me dī ament, credo. *PA.* quod
 restat, pater . .
- 15 *SI.* iamdudum res redduxit me ipsa in gratiam. *PA.* o
 lepidum patrem ! [optumast ;
 de uxore, ita ut possedi, nil mutat Chremes? *CH.* causa
 nisi quid pater ait aliud. *PA.* nempe id. *SI.* scilicet. 950
CH. dos, Pamphile, est
 decem talenta. *PA.* accipio. *CH.* propero ad filiam. eho
 mecum, Crito ;
 nam illam me credo haud nosse.—*SI.* quor non illam huc
 transferri iubes ?
- 50 *PA.* recte admones : Davo ego istuc dedam iam negoti.
SI. non potest.
PA. qui? *SI.* quia habet aliud magis ex sese et maiu'.
PA. quidnam? *SI.* vinctus est.
PA. pater, non recte vinctust. *SI.* haud ita iussi. *PA.* 955
 iubē solvi, obsecro.
SI. age fiat. *PA.* at matura. *SI.* eo intro. *PA.* o faustum
 et felicem diem !

v CHARINVS PAMPHILVS DAVOS

CH. Proviso quid agat Pamphilūs. atque eccum. *PA.*
 aliquis fors[itan] me putet

945 non patiar heus Σ (*iamb. octonar.*) (Π^b *n.l.*) *A\Pi^bD^1L* : *CR.*
 ipsa est *CH.* ea est Σ (*praeter D^1L*) 947 di bene am. *CPD^2pEv*
 (Π^b *n.l.*) am. ut cr. v *A\Pi^b\Sigma* : quid *E^1* 948–56 *def.* Π^b 948 reducit
E^1 me ipsa res *p* ip. me *C* 950 aliud ait γ id *om. Iov. CP*
SI. om. A : vel *CH. Don.* *SI.* id scil. δE^2v (*E^1* at sc.) Pam-
 phili δ *Don. ut vid.* 951 *SI.* acc. *Spengel* propra *E^1* mec.
 veni *Cr. v* 953 iam *om. p* 954 qui non potest *CPD (ex corr.)*,
GpEv al. mag. hab. *DGL^1V* : mag. al. hab. *p* 956 fel. hunc di.
 Σ (*praeter G^1\epsilon*) 957 atque *A\Pi^b\Sigma* : *om. \epsilon* me *om. V* putet
uit. v. 958 (*sicut coniec. G. Hermann*) Π^b (*forsitan me n.l.*)

- non putare hoc verum, at mihi nunc sic esse hoc verum lubet.
 ego dēorum vitam propterea sempiternam esse arbitrō
 960 quod volūptates ēorum propriae sunt; nam mi immortalitas
 partast, si nulla aegritudo huic gaudio intercesserit. 5
 sed quē ego mihi potissimum optem, nunc quō haec
 narrem, dari? [quem mallet omnium;
CH. quid illud gaudist? *PA.* Davom video. nemo
 nam hunc scio mea solide solum gavisurum gaudia.
 965 *DA.* Pamphilus ubinam hic est? *PA.* Dave. *DA.* quis V vi
 homost? *PA.* ego sum. *DA.* o Pamphile.
PA. nescis quid mi obtigerit. *DA.* certe; sed quid mihi
 obtigerit scio. [sim nactus mali
PA. et quidem ego. *DA.* more hominum evenit ut quod
 priu' rescisceres tu quam ego illud quod tibi evenit boni.
PA. Glycerium mea sūos parentis repperit. *DA.* factum 5
 bene. *CH.* hem.
 970 *PA.* pater amicu' summu' nobis. *DA.* quis? *PA.*
 Chremes. *DA.* narras probe. [illic somniat
PA. nec mora ullast quin eam uxorem ducam. *CH.* num
 ea quae vigilans voluit? *PA.* tum de puero, Dave. . .
DA. ah desine! [sunt.
 solus est quem diligant di. *CH.* salvo' sum si haec vera

958 sic $A\Pi^b\Sigma$ (*pler.*): *om.* *CP* 959 $A\Pi^b\delta$: vi. de. γ $A\Pi^b\Sigma$:
 eapropter *Serv. auct. ad Ecl.* vii. 31 (*non Nonius* 362, *Euagr. in Haut.*
 693): praeter ea *E* 961 *A*, Π^b (*ut vid.*), *CPL**Eve*: parata est *DGPV*
 si] *quatt. fere litt. spat.* Π^b $A\Pi^b\Sigma$ (*pler.*): nu. unquam *ac.* *DL*
 mihi
 962-3 *CH.* quid ill. gaudi est? *PA.* sed qu. e. pot. optem. [Π^b
 haec narrem dari, Davom video. nemo est quem mal[Π^b
 962 mihi] *post* ego *ApV*, *post* potiss. *CPEve*, *post* quem *G*, *supr. lin. post*
 optem Π^b , *om.* *L Euagr. (iem.)* exoptem Σ (*praeter L*¹) cui nunc
 δ (*L om.* nunc) 963 *CH.*] vel *DA.* *Don.* malim Σ 964 *solide*
 soli Π^b ¹ 965 *nova scaena* $\Pi^b\delta$ *Don.* $\Pi^b\Sigma$: hinc *A* (*corr. Iov.*)
 o *om.* *CPv* (Π^b *n.l.*) 967 $A\Pi^b\Sigma$: venit *A*² (*recte* ?) natus *G*:
 nactus *ex* natus *E* 968 tu Π^b (*ut vid.*), Σ : *om.* *A* 969 $A\Pi^b$: mea
Gl. Σ fact. $A\Pi^bGLV$: o fact. *cell.* 970 narres *D* 971 $\Pi^b\Sigma$
 (*pler.*): morast ulla *A* (*i.e.* morast; *recte* ?): ulla mora est *v* eam *ux.*
 $A\Pi^b\Sigma$ (*pler.*): iam *ux.* *CP* (*recte* ?): qu. *ux.* eam *d.* *V* illi *A*: ille
Iov. Σ (Π^b *n.l.*) 972 $A\Pi^b\Sigma$ (*pler.*): tu *E* aha *DLV* 973 *es*
 $\Pi^b\delta$ di diligant Π^b ventura sunt *D*¹

- 10 conloquar. *PA.* quis homost? [o] Charine, in tempore
ipso mi advenis.
CH. bene factum. *PA.* audisti[n]? *CH.* omnia. age, 975
me in tuis secundis respice.
tuos est nunc Chremes : facturum quae voles scio esse omnia.
PA. memini : atque adeo longumst illum me exspectare
dum exeat.
sequere hac me : intus apud Glycerium nunc est. tu, Dave,
abi domum,
15 propra, accerse hinc qui auferant. em quid stas? quid
cessas? *DA.* eo.
ne exspecteti' dum exeant huc : intu' despondebitur; 980
intu' transigetur siquid est quod restet. *CANTOR.* plaudite!

EXITVS ALTER SVPOSITICIVS

- 977a *PA.* memini adque adeo ut uolui commodum huc senex exit
foras).
978a *CH.* m. o
979a *CH.*

PAMPHILVS CHARIVS CHREMES DAVOS

- PA.* Te expectabam : est de tua re quod agere ego tecum uolo.
operam dedi ne me esse oblitum dicas tuae gnatae alterae.
tibi me opinor inuenisse dignum te atque illa uirum. *CHA.* Ah,
perii, Dauae, de meo amore ac uita (nunc) sors tollitur.
5 *CHR.* non noua istaee mihi condicio est, si uoluisssem, Pamphile.
974 *ΑΠ^bρ* : adibo et eo. Σ (*praeter p*) -quar *ΑΠ^bΣ* (*pler.*):
-quor *Δ^bϒ¹* qui *G* homo *om.* *Π^b* o *ΑΠ^bΣ* mihi *om.* *CP*
(*Π^b n.l.*) 975 *PA.*] *om.* *Π^b* aud. *ΑΠ^bΔρ* : em. aud. *CP* : hem aud.
schol. D.GLVÉv sec. rebus Σ (*Π^b n.l.*) resp. o Pamphile *Ev*
977-9 de *Π^b v.* ad 977* 977 nos il. exp. Σ 978 me hac *V*
a *Gl. A* (*corr. Iov.*) : an ad *Gl. ?* est *om.* *A* abi in d. *L*
979 propra Σ em *C¹* : eam *cell.* 980 *PA.* ne *AD¹Lp* (?), *E¹* (?)
eant *A* desponsabitur *V* 981 restat *δE Serv.* in *Aen.* vi.
890 (*non Don.* in *Ad.* 511)
977a-979a *Π^b* non statim pergi posse a 976 ad illud Te expectabam
intellegerat *Ritschl* 977a suppl. *Ritschl*; cf. 977 978a inter m et
q duae vel tres lit.

CHA. occidi, Daue. DA. mane. CHA. perii. CHR. id quamobrem
non uolui eloquar:

non idcirco quod eum omnino adfinem mihi nollem . . CHA. hem!
DA. tace.

CHR. sed amicitia nostra quae est a patribus nostris tradita
nobis, aliquam partem studui adauctam tradi liberis.

nunc cum copia ac fortuna utrique ut obsequeretur dedit, 10
detur. PA. bene factum. DA. adi atque age homini gratias.

CHA. salue, Chremes,

amicorum meorum omnium mihi τ agissime.

quod mihi non minus est gaudio quam id (quod uolo)
quod (abs te expecto et summo studio) abs te expeto:
me repperisse ut habitus antehac fui tibi. 15

CHR. animum, Charine, quod ad cumque applicaueris
studium exinde ut erit tute existimaberis.

id ita esse facere coniecturam ex me licet:

alienus abs te tamen quis tu esses noueram.

